



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Digitale Sammlungen

Bibliotheca Historico-Philologico-Theologica Classis ...

Brauer, Hermann Brauer, Hermann

Bremen, 1718

urn:nbn:de:gbv:46:1-6127

BREMÆ

Historico-Philologico-

THEOLOGICA.

Clasfis Secundæ

FASCICULUS SECUNDUS.



BREMÆ.

Sumptibus JOHANNIS ANDREÆ GRIMMII.

Typis Rudolphi Hofferi. MDCCXIII.

VIRO

Summe venerando, magnifico, amplissimoque

JOHANNI ANDREAE
SCHMIDIO,

Theologiae Doctōri in A-
cademia Julia, quae Helmestadii flo-
ret, Seniori famigeratissimo, Ab-
bati Mariae-vallensi

dignissimo,

De divinis humanisque scientiis,

*Quas praestantissimis utilissimisque libris
illustravit,*

immortaliter merito

Sumptibus JOHANNIS ANDREAE GRIMMII

Typis Rudolphi Hoffm. M. D. CC. XLII.

Octa.

Octavum hunc hujus

**BIBLIOTHECAE
FASCICVLVM**

**Venerationis atque amici-
tiae obsidem dicatum vo-
lunt,**

**Utque huic instituto favere non solum,
sed & de suo multum illi adcedere
cum decoris, tum augmenti
jubere velit,**

**PUBLICO NOMINE IMPENSE
ORANT**

EDITORES.

Con.

Continentur hoc Fasciculo,

- I. Joh. Laur. MOSHEIMII de die Christi ab Abrahamo visa ad locum Joh. VIII, 56. coll. Ebr. XI, 19. Meditatio pag. 209.
- II. Gerh. OUTHOVII in Ps. II, 6. Observatt. in quibus prolixius de montibus *Sionis & Moriae* agitur p. 261.
- III. Joh. Georgii ECCARDI, de origine vocis *RZRESE* Schediasma, p. 291.
- IV. Joh. Jacobi ULRICI Glaubens-Predigten/ in quibus doctrina de salvifica fide tractatur. Liber recensitus. p. 301.
- V. Praesens Academiae BASILEENSIS, ejusque DOCTORVM status. p. 309.
- VI. Epist. Henr. BVLLINGERI ad Phil. MELANCHTHONEM, cum testimonio, quod hic dedit illius filio; Nunc primum edita. p. 339.
- VII. Nova *Theologico-Historico-Literaria*. p. 347.
- VIII. Vita Viri Cl. Gerh. CROESII. p. 382.
- IX. Literae, quibus Pontifex R. Archiepiscopo cleroque Bremensi Concilium *Tridentinum* commendavit. p. 386.
- X. TESTIMONIUM veritatis sive excerpta ex N. de LYRA Comm. in V. & N. T. quae pro veritate Evangelica faciunt. p. 390.



I.

JOH. LAUR. MOSHEIMII,

Lubecensis, Philos. Doctoris

De die Christi ab Abraha-
mo visa,

ad locum

Joh. VIII, 56. coll. Ebr. XI, 19.

Meditatio ad

Virum Maxime Reverendum, ac Ampliss.

FRID. ADOLPH. LAMPNUM,

Oracul. sacror. interpretem,

fautorem suum.

ARGUMENTVM.

Occasio scriptiois §. I. de voce *αγαλλιαση* Ob-
serv. §. II. quid sit *dies Martyrum* §. III. Varias
de hoc loco praecipue Cl. Lampii sententiae examinan-
tur §. IV. - XIV. De phrasi, *videre diem alicujus* §. V. VI.
Nexus & scopus sermonis J. C. §. X. XI. XII. XIII. XIV.
Comma §. I. illustr. & confertur cum Lev. XVIII, 5. §. XII.
Auctoris de hoc loco sententia proponitur §. XIV. XV.
Dies resurrectionis est *dies natalis*. Et vocatur *πα-
λιγγενεσια* Loc. Col. 1, 12. Ebr. 1, 6. Matth. XIX,
Class. II. Fascic. II. O 28, ille

28. illustrantur §. XVI. Dies resurrectionis Christi vocatur Dies Domini κυριακη §. XVII. In Isaaco fuit resurrectionis Dominicae typus §. XIX. Locus Ebr. XI, 19. illustratur §. XIX -- XXIV. Παραβολη §. XIX. Examinatur sententia Braunii §. XX. Hombergii. Παραβολον notat periculum §. XXI. Bossii §. XXII. Raphaelii. Παραβολως. Locus Polybii tentatur §. XXIII. Prosperi & Itenzi de hoc loco cogitationes §. XXV. Conclusio §. 26.

§. I.



On sine quadam voluptate legi, *Vir Eruditissime*, quae cum *Tu*, tum *Celeb. HEVMANNVS* de illustri Abrahami visione, ab ipso Servatore *Job. VIII, 96.* commemorata, nuperrime differuistis. Cum enim, quae ad arcanos oraculorum diuinorum sensus eruendos Viri docti adferunt, mirifice animum meum pascant, non potui sane, quin his Vestris meditationibus delectarer, quibus memorabilis maxime quaestio inusitata prope eruditione excutitur. Uterque certe Vestrum, quam suscepit, spartam tam dextre ornat, ut non meum tantum, quem leuis esse ponderis sentio, sed orbis totius eruditi calculum ex merito reportauerit. Uterque dispari licet animo, pari tamen ingenio ac industria, rem fere desperatam aggreditur, ut neutrum ex eorum esse numero, qui prae-euntium turbam coeco consilio sequi solent, latis adpareat. Nil itaque nobis, qui pugnae

gnae fuimus spectatores, relictum videbatur, quam ut alteram sententiarum, quas Cl. HEVMANNVS, tuque defendistis, adoptaremus. Quid enim, quaeso, post tot curas superesse poterat, in quo nostrum aliquis, longe vobis inferior sese exerceret? Sed tamen, *Vir celeberrime*, novum ecce vobis commilitonem, qui utrique palmam reddere dubiam non vereatur! novum interpretem, qui relictis omnium semitis, novam sibi viam munire cupit! Sua cuique vestrum est sententia, alterius opposita: mihi mea quoque, a Vestris diuersissima; quam quidem hic exponere pace tua conabor. Non satis quidem decorem videtur, veteranorum praeliis tironem sese immiscere, obscurum hominem celeberrimos impugnare. At vero, ut mearam imbecillitatem virium agnosco, ita minime omnium rudiorum conatus vobis displicere, intelligo. Nec enim is sum, quem rixandi vexat pruritus, nec is, qui acutiora vobis proferre posse, sibi persuadeat. Nosti, *Vir Amplissime*, quam illorum mores, qui ubiuis litigandi reperiunt locum, detester. Ipse vero scio, quam levis armaturae miles sim. Quapropter non sententiam, sed in re praecipue difficillima conjecturam quamdam me vobis proponere existimate. Tu praesertim, Celeberrime L A M P I, pro ea, quae inter nos ab aliquo tempore viguit amicitia, eo, quo meas soles nugas, adfectu

has quoque suscipe. Non tibi me aduersarium finge, sed amicum veritatis studiosum, qui discendi cupidus est. Tibi ergo non molestum sit, de meis benigne iudicare cogitationibus: mihi a te in viam, sicubi errauiero, reduci, gloriosum putabitur.

§. II.

Quod ad explicationem adinet vocum, earumque significatus, otia mihi tecum Celeb. HEVMANNVS fecit, cuius obseruationibus vix quidquam addi poterit. Verbum tamen *ηγαλλιασατο* CLEMENTIS ALEXANDRINI locum in memoriam mihi reuocat, qui ad gaudii illius, quod vocabulum hoc exprimit, naturam perspicendam quodammodo facit, *εξιν γνωσινην, habitum cognitionis*, parere ait, (a) *ηδονας αβλαβεις και αγαλλιασιν*. Huius vero *αγαλλιασεως* ex cognitione ortae hanc, ex mente, puto, Philosophorum, finitionem exhibet: *την δε αγαλλιασιν ευφροσυνην ειτε φασιν, επιλογισμον ουσαν της κατα την αληθειαν αρετης, δια τινος εστιασεως και διαχυσεως ψυχικης*. Exultationem autem dicunt esse laetitiam, ortam ex reputatione verae virtutis, per quandam exhilarationem et diffusionem animi. Tanti haec vox habebatur, ut ad eam solum vere laetitiam accommodari posse putaretur, quae in piis Domini sectatoribus ex viua cognitione praestantiae

prae-

(a) Libro VI. Stromatum c. XII. p. 789. Tom. II. Opp. ed. praestant. Potterianae.

praeceptorum quae sequebantur, existeret. Quam egregie itaque ad illud credentium patris gaudium quadrat, quod summi boni aliquando expectandi repraesentatio in eo excitabat? Huic certe *αγαλλιασις* esse poterat, qui non tantum desiderio Domino suo in omnibus obtemperandi ducebatur, verum etiam omnis salutis fundamentum mente cernebat.

§. III.

Quae de notione vocis *ἡμερα* Vir egregius adnotavit, sua satis venustate ac copia se commendant. Nec est mihi, quod adiungam, nisi forte hoc unicum; priscis temporibus illum diem, quo pro Servatore sancti homines mortem oppetierant, absolute *diem eorum* dictum fuisse. Locus mihi nunc succurrit *Prudentii*, ubi, posteaquam *candidae illius massae* ad obeundam pro Domino mortem alacritatem commemorauerat, CYPRIANI iam captivi gaudium inde natum sic describit: (b)

*Laetior interea iam Thascius OB DIEM
SVORVM*

Sistitur indomiti Pro-Consulis eminus furori. (c)

○ 3

Alia

(b) *περι σεΦαν.* Hymn. XIII. de passione Cypriani p. 157. ed. Heinsii.

(c) Liceat iis adungere Eusebium de Vita Constant. L. IV. c. 23. ubi de praefectis ab Imperatore constitutis scribit: *Τῷ νευματι βασιλεως μαρτυρων ημερας ελιμων.* Ex nota Regis MARTYRVM

Alia nonnulla, quae monere possem, horum quidem similia, hoc est, satis leuia, praetereo, ac ipsi potius rei me accingo.

§. IV.

Placuit mihi olim praeceteris acutissimi Viri, SAM. WERENFELSII, de hac visione suspicio: (d) quam an fortiter satis V. C. JAC. BASNAGIVS (e) reiecerit, alii iudicent? Nulla vero minus sese mihi probavit, quam peruulgata illa, quae omnibus fere aridet Postillatoribus, de adparitione illa *Gen. XVIII.* memorata. Nunc omnes pari apud me habentur loco, cum in qualibet, difficultatum aliquid repperiam. Non eas quidem omnes hic exponere vacat. Mea enim si aliquem locum inueniat opinio, per se cuius patebunt. De tua tantum, *Vir Amplissime*, sententia, quam tu unus omnium ingeniose exornasti, pauca pace tua animaduertam. Quae quidem non ea repetent, quibus a *Celeb. Viris* obiectis magna cum doctrinae laude respondisti, neque ea, quae *Celeb. BASNAGIVS* hanc ferire suspensionem putavit, (f) a te forte, quod exigua putares, neglecta. Alia mihi *tuis* obesse rationibus viden-

DIES (i. e. ut recte interpretatur Christophorus; consecratos martyribus dies) honore prosequantur.
T. d. H.

(d) Sylloge Dissert. Theol. p. 443.

(e) Antiquitez Judaïques, Tom. II, p. 469.

(f) l. c. Tom. II, p. 468.

dentur, quae, num alicuius roboris sint, tibi
expendendum relinquo.

§. V.

Locutionis illius: *Diem videre alicuius*, vim
erudite urges, quae haec apud omnes scripto-
res sit: *Tempus aliquod viuendo attingere*. Mihi
vero, *Vir Eruditissime*, huius conclusionis vir-
tus non adeo perspecta est: Non alio sensu,
quantum nouimus, has voces boni auctores
adhibuere: Hinc non aliter, in hoc praeci-
pue loco, possunt accipi. Eximios esse eo-
rum conatus, fateor, qui formulas formulis
illustrare tentant. Magis vero essent lau-
dandi, si, quod saepenumero fieri video,
haec duo non confunderent: *Quid factum
sit? &: Quid fieri possit?* ut tertium nunc
omittam: *Quo loco & occasione factum sit?*
Circumspectos certe vel circa primum illud
nos esse decet. Quis enim nostrum omnes
adeo cognitos habet scriptores, ut de per-
petua eorum consuetudine certi quidquam
statuere possit? Periere quoque multi: de-
sistunt alii. Unde ergo certitudo nostra?
Ut vero hanc per saepe posse existere, conce-
dam, male tamen statim ad alterum illud pro-
gredimur. Plura non fiunt aut facta sunt,
quae possunt ac potuere fieri. Non hoc agi-
tur, *Viri celeberrimi*, an omnes ita locuti
sunt? Hoc quaeritur: An indoles linguae
aut aliud quidquam prohibeant, quo minus
eo sensu quis loqui possit? Hoc nisi osten-

datur, nihil certi de vera cuiusdam formulae notione ex aliis locis concludi potest. Qui huic loco non satis probe convenit, significatus, alteri forte aliter constituto apte convenire potest. Quod si tibi itaque, Vir doctissime, concederem, formulae huius non aliam occurrere notionem, de quo tamen adhuc disputari potest; num inde videris? Vix credo. Ille enim, quem alii substernunt, sensus nullius linguae repugnat indoli; quin potius communi loquendi ratione confirmatur. Omnes, quos adfers, loci de veris corporalibusque visionibus temporis cuiusdam agunt; cedo vero alium, quo vates quidam futurum quoddam mentis sese iam videre oculis ait, & ostende, istud illum loquendi genus sedulo evitasse, & primus ero, qui herbam tibi porrigat. Tunc, Vir egregie, negabis, eventurae cuiusdam calamitatis praescium, se tenebricosum & miserabilem illum diem iam videre, dicere posse? Nonne potius istiusmodi locutiones divinis vatibus admodum familiares sunt, quo certitudinem praedictionum suarum doceant? Vidit JEREMIAS luctuosam populi in alias sedes deportationem. Quid si dixisset: Conspicio iam diem illum, viri, quo vos colonos veteres Babyloniorum Rex migrare iubebit? Num peccasset? De Petro LOTICHIO SECVNDO, Poeta celeberrimo, accepimus, (g) obfi.

(g) Memoratu certe dignissimi sunt versus, qui in

obsidionem Magdeburgensem diu ab eo
fuisse praeuisam. An male *tibi* locutus vi-
derer, si ita de hoc dicerem: Vidit LOTI-
CHIVS miserum illum diem, qua Parthe-
nopolis expugnata est? Sed quid haec lon-
gius

O 5

Opusculis ejus Lipsiae 1586, in 8. (quam editionem
posideo) impressis, atque elegantiam Ovidianorum
carminum omnino spirantibus L. II. El. 4. ad Joa-
chimum Camerarium scripta, leguntur sub lemmate.
De Obsidione Urbis Magdeburgensis. Iis enim mi-
serabile illud urbis exsidium, quod LXX. circiter an-
nis postea a. 1631. d. X. Maji contigit, vivis poene co-
loribus depingi videas. Inter alia haec verba praeser-
tim notanda sunt.

*Hei mihi, qualis erit, (quod abominor) exitus urbis,
Concidet hostili si reserata manu!*

*Quis tenerum pavidae latus hauriet ense puellae,
Virginitas cujus praeda latronis erit?*

*Haec oculi, quaecunque vident, cinis omnia fient,
Utraque dicetur flebile ripa solum. &c.*

*Quid gravius victore Geta, miseranda tulissem,
Caesare quam magno bella gerente fero?*

Si somnium illud, quo illum urbis interitum sibi re-
praesentatum commemorat, ei accidit, circa A. 1550.
quo annum aetatis agebat secundum supra vicesi-
mum, facile potuit fieri, ut tristes illas imagines ob-
jecerit atque in somno ut fit, excitaverit frequens
urbis, tum a copiis Caesaris obsidione cinctae, re-
cordatio. Interea ipso illo *παινολεΐσις* Partheno-
politanae tempore carmen hoc Lotichianum, tanquam
rem singularem, adnotatam fuisse ex Germanica ejus
versione incerti auctoris, quae tum temporis Bremae
typis Villerianis excusa, meoque exemplari Latino
adjuncta est, disco. T. d. H.

gius disputo, quorum *tu* minime omnium ignarus es? Immo vero, si vacuus tam el-
sem, quam occupatus innumeras huius ge-
neris locutiones ex sacris & profanis petitas
huc transcribere possem: (b) Quo nunc
quidem labore supersedeo, cum meo maius
requiratur otium, quae menti obuersantur
ac memoriae loca inuestigandi.

§. VI.

Alia nunc proponam, quae non satis in
hoc argumento expedita esse arbitror. Non-
ne vides, *Vir Amplissime*, ea, quae adducis,
loca, non eam, quam *tu* hoc in loco, for-
mulae isti notionem subdere? *Tu* de ea vi-
sione intelligis, quae animae Abrahae extra
corpus constitutae singulari modo contigit,
non vero viuo adhuc sancto huic homini?
Quid vero illa? Eam innuunt visionem,
quae a mortalibus hic degentibus corporis
fit oculis. Nonne haec omnino diuersissi-
ma sunt? *Diem videre, tempus tibi est viuendo
attingere.* At num Abraham diem illam vi-
uendo vulgari sensu & apud scriptores re-
cepto attigit? Minime; in aeternis iam tunc
sedibus

(b) Ebr. XI, 13. *κατα πρισιν απεθανου στοι παντες,
μη λαβοντες τας επαγγελιας, αλλα πορευθεν
αυτας ΙΑΟΝΤΕΣ.* Cicero Orat. IV. Catil. T. II.
Opp. p. 251. a. *Cerno animo sepulta in patria, mi-
seros atque insepultos acervos civium: versatur mihi
ante oculos adspectus Cethegi & furor in vestra caede
bacchantis.*

sedibus collocatus atque adeo vita iam defunctus erat. Infirmum hoc esse putas. Equidem non diffiteor. Patere vero seriis ac grauibus leuia quaedam interponi. Paulo iam *tecum* liberius loquar.

Ignosce, quaeso, temeritati meae, quod omnem circa hanc formulam laborem gratis a te impensum esse, moneam. Nullam enim tibi hac in re cum doctisimis aduersariis tuis dissensionem esse, opinor. Quod num ingenii mei vitio, an vero curate fiat, tute videris. De notione vocis *videre* nulla certe inter vos lis esse poterit. Illi typicam, aut, si mauis, talem, quae vatibus contingebat, visionem intelligunt. Tu non multum ab hac remotam. Abrahamo scilicet non gloriam Seruatoris oculis fuisse visam, existimas, sed innotuisse tantum inter beatos versanti per patefactionem quamdam. Non quidem hoc, quoad, vocem male. Satis enim scio, etiam de iis rebus, quae absentibus nobis narrantur, vocem *videndi* usurpari. Omnium instar unicus sit CICE RO testis, (i) qui ad TERE NTIAM suam ita: *Mibi ante oculos dies noctesque versaris: omnes labores te excipere video: timeo ut sustineas: sed video in te esse omnia.* Idem alio loco: (k) *Mibi ante oculos dies noctesque versatur squalor vester*

(i) Lib. I. ad famil. Epp. VII. p. m. 12. edit. Siberi.

(k) l. c. Ep. IX. p. 16. s. Alia infinita huius generis loca aoud eundem extant.

uester & moeror, & infirmitas valetudinis tuae.
 Eo tamen hoc valet, ut intelligatur, eodem
 fere, utramque partem sensu, improprio
 saltem, hanc vocem adhibere, nullamque
 adeo hac in parte pugnam esse. Sed neque
 de formula illa: *Diem videre*, si sapiunt, quid-
 quam mouebunt. Esto eam: *tempus uiuen-
 do attingere*, denotare. Per me certe semper
 licebit. Non enim inficior, eo tempore,
 quo Seruatoris diem vidit, in viuis fuisse A-
 brahamum. Omnis itaque controuersia ab
 illa phrasi, in voces: *Dies Seruatoris* delabe-
 tur. At enim vero si huc ventum est, hoc
 tibi quoque concedi potest, significari per
 eas tempus manifestationis Domini in his
 terris. Hoc tantum disputationis restabit:
 An, si tempus hoc in figura quadam aut vi-
 sione vatum cuidam olim fuerit exhibitum,
 illud dies Christi appellari non possit? aut:
 An de sancto quodam homine, cuius menti
 labores & perpeffiones Domini repraesentati
 sunt, dici nequeat, illum diem iam vidisse
 Domini? Vides, *Vir Amplissime*, quid in quae-
 stione versetur, & in quo tibi praecipue ela-
 borandum sit? Vides, nisi omnibus modis
 decipior, ea quae de vocum usu egregie alias
 differuisti, aegre causam tuam adiuuare posse?

§. VII.

Quae de ipsa re in medium profers, a me
 minime tangenda sunt. Non enim argu-
 mentiloco pro sententia tua esse possunt, sed
 hoc

hoc tantum ostendunt, nil absurdi in ea contineri. Ipsemet quoque pie *tecum* credo, peruenisse ad coelites, rerum, quae in terris à Seruatore gererentur, notitiam. Omne ergo opinionis *tuae* robur in scopo & nexu verborum situm erit. Et haec quidem ita sunt comparata, ut, si *tecum* facerent, non aliis indigeres argumentis. Quapropter meum foret, ea hic statim, in quibus cardo controuersiae vertitur, examinandi. At per mitte tamen, *Vir Celeberrime*, ut in alium locum, eumque commodiorem, hanc de scopo & nexu disceptationem differam, antea vero alia quaedam, quibus *tuam* premi sententiam existimo, depromam.

§. VIII.

Si quid iudicare possum, statuendum in his ante omnia est, Deum Abrahamo patefecisse, quod diem Seruatoris visurus esset. Non enim desiderio tantum, sed & singulari plane gaudio accensum fuisse sanctissimum Virum, Dominus ipse refert. Illud in eo esse poterat, etiamsi laetifero hocce nuntio caruisset. Hoc vero necessario cognitionem quamdam obtinendi a se aliquando boni non sperati requirit. Tu vero rerum diuinarum imperitum a deo sanctum hominem fuisse existimas, ut, se licet mortuo, inchoatae & absolutae redemptionis notitiam nihilominus se accepturum esse, ignoraret? Quænam haec, quaeso *te*, singularis promissio: Bono animo,

animo, mi vir! Humanis quidem rebus dudum eris exemptus, cum haec ipsa contingent. Omnium vero suo tempore ad te modo quodam nuntius perferetur. Quid adtinebat, de iis Abrahamum commoneri, quae diuino collustratus spiritu per se nosse poterat, se actionum CHRISTI non omnino ignarum futurum? Unde illud insolitum gaudium, quo repletus fuisse narratur? Aut credebat Abrahamus Deo, qui diem Domini adfuturum esse, praenuntiauerat, aut non credebat. Si credebat; quid noua opus erat confirmatione illi, qui, si quidquam, hoc certe conicere immo scire poterat, tunc temporis se, cui bona haec promissa erant ea non esse latitura? Si non credebat; qui fons in Abrahamo gaudii ex hoc nuntio percepti esse poterat?

§. IX.

Quae hic excepturus sis, *Vir Amplissime*, satis intelligo. Aut opus fuisse dices, ut haec Abrahamo significarentur, aut non esse necessarium, ut singularem huius visionis patefactionem credamus. Solam enim, quae in Abrahamo erat, huius visionis scientiam, tantum excitare gaudium potuisse, ut ii, qui coelestium bonorum sensu hic tanguntur, exultare ac triumphos agere solent. Non morose hic rixabor. Eligas, quamcumque velis, sententiam, non repugnabo. Sed de rei iam disquirendum est magnitudine,

dine, an tantum illa gaudium ac desiderium
 producere potuerit? Intelligit, aut vero per-
 cipit Abrahamus, relatum sibi aliquando
 iri Christi in terris gesta. Satisne in hoc
 causae, cur tam incredibili desiderio exar-
 desceret, cur tanto abundaret gaudio? Hae-
 reo hic, *Vir celeberrime!* Se primum post
 aliquod interuallum corpore exuendum
 esse, dein longissimum tempus elapsurum
 ad illam visionem esse, cernebat. At prohi-
 dolor! quam vel praestantissimarum rerum
 pretium miseris vilescit mortalibus, si lon-
 gius remotae sunt! Quam infirmos sentiunt
 igniculos, ubi felicitatem post hanc vitam
 euenturam, commodaque longinqua ob ocu-
 los sibi ponunt? Surdis canebat EPICVRVS,
 qui dolores leuari, immo tolli imminen-
 tium ac futurarum voluptatum repraesenta-
 tione debere, praecipiebat. Homines su-
 mus, etiam qui credimus, & ex bonorum
 praesentia eorum dignitatem metimur.
 Quid ergo Abrahamus? Hicne solus erat,
 cuius mentem res, quam post tot seculorum
 decursus demum euenturam nouerat, adeo
 commouere poterat? Quantuscunque vir
 erat, humanis tamen infirmitatibus obno-
 xium fuisse, legimus. Qui difficulter addu-
 cebatur, ut de semine ex se venturo promiss-
 sioni crederet, is sui vix fuisset compos, a-
 liam longe minorem, longeque remotiorem
 audiens? Quid de ipsa verore dicam? Re-
 putabat

putabat secum vir diuinus: Completis temporum ordinibus ego quoque cognitionem factorum Domini accepturus sum. Hinc *αγαλλιασις* tanta? Hinc non gaudium quoddam, sed exuberans ac infinita prope laetitia? Ignosce, quaeso, STOICORVM notionibus, quibus, ut hic utar, necessitas ferme imperat. Non omnia, quae hic a me dici poterant, referam: paucis plura complendi animus est. Si quae alia, maxima fuit haec Abrahamo laetandi causa, quod ex semine suo orbis terrarum Seruatorem proditurum esse, intelligeret. Non poterat profecto, quin, si de hac certus erat promissione, ingens maxime gaudium animo conciperet. Multum ei vero cedit altera illa, quae se suo modo diem illum aliquando visurum esse, percipiebat. Non comparationem, quam sapientes fugiendam monent, hic instituiam, ne tibi quoque molestus sim. Hoc apertum tamen ac liquidum est, longe maius illud esse, de perenni quadam suorum felicitate ac gloria ita certiores fieri, ut nulla ratione dubitari possit, quam hoc, scire, rem illam ad suam aliquando notitiam quoque peruenturam esse. Cui nulla de priore dubitatio est, vel mente eam iam felicitatem adeo cernit, ut posterius vix adpetat; tantum abest, ut propterea, si de eo quoque instruatur, singulari ac maiori laetitiae genere efferatur. Magnus, ille, si quid iudico, gauden-

gaudendi fons, minorem hunc veluti obstruit, ut erumpere nequeat. Num ergo credibile est, Abrahamum, cuius mentem longe maximum iam occupauerat gaudium, minori de causa maius denuo sensisse, ac tale quidem, quod *αγαλλιασεως* voce denotandum ac praecipue commemorandum iudicaret Dominus? Et quid rei erat, cur, quam insigniorem fuisse ratio docet, laetitiam negligeret Servator, cuius eadem, aut fortassis firmior adhuc, in demonstratione vis esse poterat, alteram viri posteris obiiceret, quam ex obiectorum rationibus inferiorem illa fuisse, certum est? Aut eximio quodam stupore laboro, aut illa *αγαλλιασεως* & flagrantis desiderii mentio hoc indicant, de die Domini, dum adhuc in viuis esset, videndo promissionem sancto viro factam esse? Iste quidem mortalium mos esse solet. Exhilaramur, ubi nouimus, egregiis posteros nostros commodis usuros esse? Laetamur, ubi certi sumus, splendidae familiae nostrae res fore: lidem tamen, quibus omnia oculata adeo esse dolendum est, vehementiori adhuc adfectu commovemur, si nobis constet, aut initia illius felicitatis, aut adumbrationem quamdam nobis superstitibus exhibendam esse. Parua componantur magnis, coelestia terrenis, & lux aliqua huic Seruatoris dicto adfulgebit. Exemplo, ne quid obscuritatis restet, negotium illustrabo. Fines imperii Seruatoris nostri amplificandos esse ac egregie dila-

tandos, tot ex oraculis discimus. Quis adeo a probitate relictus, si quidem vere CHRISTI nomen profitetur, ut non, quotiescumque haec sibi tempora ob oculos ponit, gaudio quodam ac desiderio repleti se, sentiat? Anxie sane omnibus exoptamus votis, ut illustri ille dies tandem illucescat, quo maxima hominum pars Domini praeceptis obtemperatura est. Quae vero animi in nobis commotio oritur, cum nos iam coelo redditos non inscios plane eius futuros esse, recordamur? Aut ex meo male ingenio alios iudico, aut longe minor haec est illa, immo vere exigua. Ac dubium mihi est, si coelestis quaedam mens Numinis iussu visionis illius nuntius nobis esset, dubito, inquam, an tantopere exultaturi simus?

§. X.

Verbum non addo. Te tantum *Vir doctissime*, rogatum volo, ut, quis sensus dicti Servatoris ex sententia *Tua* sit, *Tecum* perpendas. Hic, ni fallor: Parens vester, Judaei, incredibili desiderio ferebatur & laetitia, quod mentem suam in coelis miracula mea, doctrinam & vitam modo quodam percepturam esse, noverat: Et sane ea iam, quae a me gesta sunt, cognovit, atque hinc gaudio quodam perfusa est. Fallor, *Vir Amplissime*, aut haec *Tibi* ipsi explicatio, ieiunior paullo, ignoscas, quaeso, voci, aut sterilior videtur. Vide vero, an non haec, quam meam tamen ex omni parte esse, non

non addo, luculentior sit: Egregii genitoris
 pessimi filii! Quam a pietate Abrahae, quem
 in ore semper geritis, quam ab eius erga me
 amore & obsequio deflexistis! Me malis arti-
 bus instructum esse & genii cuiusdam mali-
 gni viribus uti perfricta fronte garritis. Quid
 vero parens vester Abraham? Huius omne in
 me solatium repositum erat. Hic, quoties-
 cumque me cogitabat, in coelis sibi videbatur
 esse. Ille, accepto nuntio, umbram quamdam
 meorum dierum sibi repraesentatum iri, gau-
 dio prope ac desiderio deficiebat: ista vero vi-
 sa, praesentissima fruebatur animi voluptate.
 At vos degeneres filii, ne commovemini qui-
 dem, etiamsi non adumbratus vobis, sed
 verus sistar. Illum umbra quaedam mei ex-
 tra se rapiebat: Quid fecisset, si me propius
 carne indutum conspiceret licuisset? Vos ne
 mea quidem praesentia excitat, ut in meos
 amplexus ruatis, ac laetemini; quin, nescio
 quae vos vesania praecipites agit, ut omni
 conuitiorum ac iniuriarum me adficiatis ge-
 nere. Videte, quam patris vestri distillimim
 fitis. Argumentationem quamdam Domini
 a minori ad maius intelligis, quam, si per im-
 portunam Judaeorum garrulitatem, qui Do-
 mini obstrepebant sermonibus, potuisset, per-
 fecisset forte.

§. XI.

Aliud mihi iam incidit. *Vir Amplissime*, quod
Tuae quoque opinioni obesse puto. Adver-

farii Servatoris, audita Domini promissione, v. s. i. sectatores suos a mortis lege liberos esse, non Abrahamum tantum, sed & reliquos in responsione sua vates producunt, qui, licet sanctissimi fuerint, nihil minus tamen decesserint. Generatim hanc obiectionem diluere poterat Dominus, nisi in Abrahamo, quem prae ceteris magni faciebant, singulare quoddam reperisset, quod ad alios non aequè pertineret. Missis itaque ceteris vatibus, quo fortius Judaeos constringeret, ad solum provocat Abrahamum, cuius unico exemplo omnes eorum machinationes euerti posse, videbat. *Tua*, quam propugnas, sententia si menti Domini fuisset obuersata, sic perapte respondisset ac egregie: Abraham omnesque Prophetæ desiderio flagrarunt diem meum videndi: Jam vero vident, & laetantur. Nec enim ceteris diuinis hominibus istam cupiditatem & visionem obtigisse, negas. Solius vero Abrahami cum meminit, abunde hoc ipso docet, de re sibi sermonem esse, quæ cum reliquis ipsi non communis sit ac fuerit. Hinc ergo concluditur, beatorum ac coelestium statum hic a Servatore non indicari. Ne verbosior sim, ea nunc refellere nolo, quæ te huius collectioni oppositurum esse, perspicio: *Te* pro eo, quod possides, acumine facile intelligis, non mihi responsiones esse defuturas. Neque obscuritatem sermonis Domini, si *tua* valeat opinio, nunc urgebo, licet mihi profecto

fecto minime mirum videretur, Judaeos sic minime sensum verborum cepisse. Id potius agam, ut, quid mihi in obscura hac re veritati proximum habeatur, candide ac perspicue exponam. Noli vero, id quod denuo repeto, existimare, *Vir Amplissime*, novaturiendi quamdam libidinem, aut praeposteram de ingenii mei viribus opinionem eo me, ut dissentirem, impulisse. Valeant, qui illotis adeo manibus rebus sacris operantur. Ego quidem non alio consilio, quam ut confirmator in veritatis cognitione reddar, relictis tantisper aliorum commentationibus, sacras litteras scrutari soleo. Aliorum non invideo laudibus; mei tamen officii quoque esse arbitror, eruendae studere veritati. Rixandi quoque me non vexat pruritus. Satis mihi cum intestino hoste bellorum est, ut litigandi extra me causas temere non quaeram. Quem si rite ex praeepto Domini debellauero, innumeris hoc mihi triumphis potius erit. Neque vero quisquam omni exceptione maiorem a me demonstrationem expectet. In obscuris rebus & sententiis, qualis haec certe ob concisum disputandi genus est, coniecturarum esse sedem, Rhetores monent. Nostras itaque si non adspernaris suspensiones, *Coleberrime Lampi*, ad sequentia, quaeso, attende.

§. XII.

Incipiendum erit a v. 51. quo praestantiam doctrinae suae inde probat Dominus, quod

veri illius sectatores mortem non visuri essent.
 Non illustrandis hisce verbis diu immorabor:
 nulla mihi tamen dubitatio, quin his ipsis ad
 Mosis verba respexerit, *Levit. XVIII: 5.* ubi de
 praeceptis Domini dicitur: אשר יעשה אתם
 האלהים. *האדם ודו בהם.* Illud itaque dicere volebat,
 divina esse sua monita; eandem enim eorum
 esse virtutem, quam supremum olim numen
 suis per Mosen latis legibus tribuerit, nimi-
 rum, quod praestatione illarum a morte im-
 munes fiant homines. Directe adeo Judaeo-
 rum feriebat hoc dictum conuitia, qui v. 48.
 impudenter a maligno genio praecepta eius
 emanasse adfirmauerant. Sensum egregiae
 huius promissionis hunc vulgo existimant:
 Aeterna morte non periturum, sed coelestis
 gaudii participem fore CHRISTI discipulum.
 Bene quidem: Sed liberum mihi esto, paullo
 strictius haec verba capere ac sic interpretari:
 Quicumque praeceptis meis morem gesserit,
 is in statu mortis non permanebit, sed resusci-
 tatus aliquando mea virtute una cum corpore
 coelestibus potietur sedibus. Ratio huius ex-
 plicationis mox patebit, quam in paritate ac
 aequo CHRISTI ac discipulorum iure posi-
 tam esse sentio. Nec offendere cuiusquam
 poterit animum, me verba *εις τον αιωνα* simpli-
 cissime: *in aeternum*, vertere, non vero: *num-
quam*. Eo itaque, si Domini sermonem di-
 recte Judaei impugnare voluissent, disputatio
 omnis convertenda fuisset: An divinitus acce-
 pisset

pisset Servator, quaecumque traderet, ut a morte legum instar per Mosen traditarum homines liberare possent? Isti vero, quod in hoc negotio probe observandum puto, imperiti dicam, an malevoli homines, controversiae, quem vocant, statum plane immutant ac detorquent. Ita nimirum concludunt disputatores lepidi: Cuiuscunque doctrina mortem ab hominibus arcere potest, ille necessarario ipse vim mortis non sentiet. Misera profecto argumentatio, quam variis modis labefactari posse, omnes vident. Ut taceam, a deo diuinorum oraculorum expertes aut fuisse, aut esse voluisse, ut ne caperent quidem, quale mortis genus Dominus intelligeret. Nihilo tamen minus sic in Servatorem inuehuntur: Si ista praeceptorum tuorum vis est, ut discipuli tui metu supremae horae carere possint; tu certe tantus doctor primus omnium immortalis eris. Tunc vero ignoras, maximos viros, Abrahamum, unde genus nostrum ducimus, totque alios vates summe venerandos, licet ipsa Dei eloquia proposuerint, fati occubuisse v. 53. Quid itaque? Nonne te hoc pacto illis hominibus, quorum vix terrarum orbis pares vidit, impudenter admodum praefers? Concedamus aliquantisper, concredita a supremo numine tibi esse, quae profers. Num idcirco morti subiectus non eris? Isti quoque divina tractabant oracula, Deique ad populum responsa referebant. Nil tamen hinc ad

eos hac in parte commodi redundauit. Mortui sunt, familiares licet ac amici numinis fuerint. Quem te itaque putas? Quem nobis fingis? Deum aut hominem. Vix Abrahamo nostro maiorem te esse, quidquid dicas, credimus. Manifestum hinc est, quam stupidas quam insulas obiectiones, quibus Servatoris verba refellerent, fabricauerint: hoc vero manifestius, aliam plane disputationis iam esse formam. Hoc quaeritur iam: An Servator immortalis futurus sit, cum tamen sanctissimi homines diem suum obierint? Ac, si morti non sit obnoxius, quae causa, quae ratio tam insolitae rei sit aut esse possit? Huic ergo quaestioni, missis reliquis, apte ac egregie Servator respondet. Generatim quidem primum calumniam Iudaeorum ultimo loco prolata refellit: *τινα θεου τον ου ποιεις?* simulque indirecte priorem quaestionem: An diuinae originis sit, quam profiteretur & inculcaret, doctrina? tangit. Si nullo alio, ait, firmamento istud ius niteretur, quod meis praeceptis mihi que prae tot aliis competere adfirmo, quam verbis meis, iusti essetis reprehensores, & nullius gloriatio haec mea momenti esset. At *εστιν ο πατηρ μου ο δοξαζων με*. Alius est, qui in eo me collocauit fastigio, ut omnibus, qui umquam fuerunt, sanctis longe potior sim; isque pater meus, non malus genius, ut inepte conuitiamini, sed illud ipsum numen, cui vos tam strenue seruire vobis videmini.

Paullo

Paullo fortassis concinnius mens Domini, quam minus recte nonnulli capiunt, hoc modo exprimi potest: Misere erratis, qui arrogantiae vitium ac superbiae in me coniicitis. Genus meum ignoratis, quod male humanum ducitis. Deo sum patre natus, adeoque cum nullo comparandus. Homines nudi erant, quos ambitiose nominatis. Non ego, Non itaque, quod vos dicitis, maiorem me ipsum illis sanctissimis viris facio, sed ratione originis longe ipsis maior sum. Non mihi dubium est, quin iis sese, qui curatius Domini verba intuentur, haec probatura sit explicatio. Quam quidem, si id res meae ferrent, locutionibus aliis e sacris & profanis commode illustrare possem. Sed aliud nunc ago: nec vacat iam, quae HVGGO GROTIUS: HENR. HAMMONDVS, totque alii hic excogitarunt, sub examen vocare. Ne quid vero, unde rursus conuitiandi possent occasionem capere, Judaeis superesset, eum ipsum sibi genitorem esse addit, quem Dominum suum dicerent. ον υμεις λεγετε οτι Θεος υμων εστι, και εκεγυ-νωκατε αυτον. Foederalis haec est formula, qua cum pactum iniret Deus cum Abrahamo, Judaeorum patre, utebatur. Gen. XVII. 7. Cuius foederis haec summa est, velle Deum Abrahami posterorumque eius Deum esse. Alii, quae vis promissionis istius sit, egregie exposuerunt: mihi Domini verba ex his paullo luculentiora reddere, sufficit. Id Dominus

nimirum volebat : Judaeos ad pactum illud, quod Deum inter & Abrahamum sancitum olim fuisset, semper prouocare, seque eos esse, ad quos promissiones maximae foederi illi adiectae pertinerent, contendere. Hinc quoque, quis sensus sit exprobrationis adiectae, apparet, eos Deum non nosse; videlicet, licet multa de foedere cum Deo magnifice loquantur, eos tamen conditiones, quas sibi vicissim supremum Numen postulauerit, nec scire, nec intelligere.

§. XIII.

Hiscæ in genere commemoratis peculiarem iam addit Servator rationem, cur sibi non, quæ ceteris sanctissimis hominibus, mors subeunda sit. Ostendit itaque, se propterea immortalem fore, quod Deum noscat, i. e. foederi se inter & patrem constituto satisfaciat, præceptaque supremi Numinis seruet. Quæ si obseruantur, quam elegans, quam amica horum verborum cum v. 51. conspiratio? Moriendum erat amicis familiaribusque Dei, eo quod, quantumvis pii essent, Domini tamen præceptis omni ex parte obtemperare non poterant. Jesus, Servator noster, unus erat omnium, qui leges perfectissima impleret obedientia. Hinc morti nihil in ipsum potestatis. Et licet moreretur, feritamen non poterat, quin vinculis leti mox solveretur, *καὶ ἦν δυνατόν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτῶν.* Act. II. 24. Aequum cum principe suo ius secta.

sectatoribus Christi competit. Numinis sunt, quas dedit, leges Servator noster. Hisce in redemptore redempti morem gerunt. Non ergo mortis in eos imperium esse poterit, sed ut Domini sui exemplo vitae reddantur aeternae, necesse est. Atque ex communi hocce Christi servorumque eius iure, horumque cum illo comparatione, obscurum esse nequit, cur verba illa v. 51., quibus a morte immunes discipuli Servatoris pronunciantur, de resurrectione ad vitam aeternam cum primis ceperim. Ut Jesus enim ob servatas Domini leges sepulcro contineri non poterat: ita nec illi, qui eius ad exemplum sese componunt. Moriuntur: at vi meritorum Servatoris sui non in aeternum. Quam suam Deum diligentibus hinc solatium? Quanta spes credentium? Fluctuaret animus, nisi principis nostri confirmaretur exemplo. At quae iam dubitatio, nos dicto numinis audientes ex sepulcris denovo prodituros esse? vidimus in magno ovium pastore dulcissimae promissionis impletionem. Vivit Jesus, qui legibus morem gesserat. Quidni & nos, membra ipsius, aeternum victuri simus, si praecepta ipsius observaerimus, §. XIV.

Vix vero opus esse arbitror. *Vir Amplissime,* dictis comprobare sacri codicis hancce meam interpretationem, qua rationem, cur mori non possit, Servatorem verbis illis reddidisse, puto. Nexus rei, conspiratio cum v. 51. aliaque fatis
pro

pro meloquuntur. Et quid denique notius ex sacris litteris, gloriam Domini nostri post sustentatos labores ipsius perfectissimae transcribi obedientiae? ὑπὸ κούσ erat μέχρι θανάτου, θανάτου δε σώρη. Διο γὰρ ὁ θεός αὐτὸν ὑπέβουψασε, καὶ εὐχαριστᾷ αὐτῷ ὀνόματι ὑπὲρ παν ὀνόματι. Phil. II. 8. 9. Mitto reliqua, ne in re manifesta nimis tibi laboriosus videar. Neque vero in iis, quae ad collustrandam hanc cum hostibus Christi disputationem hucusque adtuli, Te mihi adversaturum esse, existimo. Fortassis non a meis adeo abhorrent, quae de ordine & nexu Tu pro insigni eruditione Tua monuisti. De principiis itaque non erit inter nos controuersia, sed de conclusionibus inductis. Ad caput enim caussae iam ventum est, ubi quid de die Christi ab Abrahamo visa statui debere censeam, ex iis quae praemissi mihi exponendum est. Quod quidem, quoad potero perspicue, iam facturus sum.

§. XV.

Resurrectionis suae causam in proxime praecedentibus Servator dederat, ac cur morti non obnoxius, ut Abrahamus, ac ceteri, esse possit, declarauerat. De quo itaque die in proxime sequentibus ipsi sermonem esse, credibile est? Fallor, an de die illo, quo superata morte resurgens nil huic in se juris esse, omnibus esset demonstraturus. Miraris sententiam, *Vir celeberrime!* quae vel propter nouitatem suspecta esse poterit? Ego vero nil miror,

ror, omnibus prima fronte non satis dilucidam illam videri ! Percipe vero iam eum, quem cum superioribus hisce verbis nexum esse arbitror, & emerget, credo, paullulum illis ex tenebris. Haec erat, ut opinor, Domini mens : Vobisne vero, miserrimi mortalium, incredibile videtur, me victorem fore mortis, dolorumque ejus ? Quae vos tenet dementia, ut putetis, cum Abraham aliique homines sanctissimi decesserint, me quoque non super futurum esse ? Maior animi persuasio vel in genitore vestro, quem semper crepatis, de veritate verborum Domini erat, licet a meis longissime remotis esset temporibus. Tam certo credebat Domino, cuius ex patefactione didicerat, ab inferis me rediturum ac ius vitae meis acquiriturum esse, ut illum resurrectionis & victoriae meae diem videndi desiderio prope conficeretur, maximoque, quoties illum cogitaret, gaudio exultaret. Vos malitiose quovis me conuitorum genere contaminatis, quod mortis me non subiectum esse legibus, adfirmaverim ! Quid Abraham ? Is non modo mortis me Dominum futurum esse non dubitabat, verum etiam omnibus expetebat votis, quo vel in umbra laetum illum diem conspiceret. Quo quidem Numen desiderio commotum, voti istius eum fecit compotem, ita ut diem illum videret summoque hinc adficeretur gaudio. Sectatores meos quod a morte immunes fore dixerim, vix expiandum facinus

vobis

vobis videtur : at ille tam de hac persuasus erat veritate, ut vel spes videndi illius diei, quo ex mea resurrectione hac ad meos perventura esset libertas, ingens laetandi ipsi fuerit materia.

§. XVI.

Intelligis ex hisce, quae, quo clariora fierent, pluribus enarraui verbis, quae mea circa hunc locum sit opinio. Vides, quam ex nexu totius disputationis insigne sibi firmamentum promittat. Reliquum est, ut & diem resurrectionis Christi *diem Domini* dici posse, &, quemadmodum huncce diem Abrahamus viderit, ostendam.

Quod ad prius adtinet, neutiquam *Te, Venerande Vir,* fugit, quod ipsum vel Cl. HEVMANNVS luculentis commonstravit praeter alios (1) exemplis, natalem diem absolute apud bonos auctores *diem* vocari. Quid vero resurrectio? Dies quidam natalis, quo amissa recuperatur vita & nos denuo quasi nascimur. Optimis scriptoribus haec familiaris est locutio, ut res istas, quae pristinum decus suum, posteaquam perditae fuerant habitae, recipiunt, *nasci* dicant. *Sol demergit & nascitur,* ait MINVCIVS FELIX: (m) Et, qui non alii simili utuntur dicendi generi

(1) Vid. & Cl. Viri Lamb. *Bos Myster. Ellips. Graecae* p. 21. ed. secundae Franck. Addere plura possem huius generis loca, si per otium liceret.

(m) in Octauio p. m. 371.

genere, quorum loca cumulare superuacuum ducō? Immo, aut omni hodie memoria destituor, aut non raro dies ille, quo fortunae nostrae, aut imperium quoddam, aut aliud in melius restituitur, *dies natalis* (n) apud bonae notae auctores dicitur. De corporum praecipue resurrectione haud pauci eiusmodi loquendi modi extant. Sacer codex eam, quae Seruatori contigit, velut nouam quamdam generationem describere solet. Diserte PAVLVS Col. I, 18. *ὁς ἐστὶν ἀρχὴ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν.* Quo & locum refero Ebr. I, 6. qui, si *πρωτότοκος* de resurrectione Domini sumatur, nulla amplius difficultate laborat. Futuram vero corporum nostrorum resurrectionem non unus (o) veterum

(n) Haec saneratio est, quod dies emortalis martyrum in veteri ecclesia a vetustissimis temporibus frequentissime dictus sit, eorum NATALIS, siue *ἡμεγε γενεθλιος*, quod videlicet eos per mortem aeternae gloriae, & vere felici vitae restitui iudicarent. Oportendit id cumulatis veterum locis Casp. SAGITTARIUS in elegantissima dissertar. de *Natalitiis Martyrum* C. I. §. 4. 5. 6. 7. T. d. H.

(o) Immo, tam vulgariter haec sententia apud veteres recepta fuit, ut August. in Epist. ad Pelag. L. III. c. 3, ausus sit scribere: *Regenerationem illo loco* (Matth. XIX, 28.) *NVLLO AMBIGENTE novissimam resurrectionem vocari.* Sicut & ipsemet eandem inculcat de Civ. D. L. 20. c. 5. ut & de pecc. mer. & rem. L. II. c. 7. Vide plura in hanc rem Patrum testimonia congerentem Th. Gatackerum, advers. post. c. 33, & qui

terum παλιγγενεσιαν & nouam dixit genera-
tionem. (p) En locum ex celeberrima Lug-
dunensium Epistola: (q) Testium Christi ci-
neres in Rhodani alueum a gentibus proie-
ctos esse aiunt, ὡς δυναμεναις νικησαι θεον καὶ
αφελεθαι αυτων την ΠΑΛΙΓΓΕΝΕΣΙΑΝ, ἵνα, ὡς
ελεγον εκεινοι, μηδε ελπιδα σχωσι της αναστασεως:
Quasi Deo superiores esse, ut VALESIVS ver-
tit, & resurrectionem illis adimere possent: ut,
quemadmodum ipsi dicebant, ne spes quidem re-
surrectionis illis relinqueretur. Alexandrinus
CLEMENS de sapientibus Indiae, quos
Brachmanes vocant: (r) καταφρονῶσι δε θα-
νάτου καὶ περ' ἔθεν ἠγχνται το ζῆν, πειθογται γαρ
ειναι ΠΑΛΙΓΓΕΝΕΣΙΑΝ. *Mortem autem con-*
temnunt & viuere nihili faciunt: credunt enim esse
rege.

sua maximam partem ex Gatackero exseripsit Suice-
rum in Theol. Eccles. in voce παλιγγενεσια. T. d. H.

(p) PROSPER AQUITANICVS Expositione in Ps.
CXLIII. & CXLIV. p. 518. Opp. ex edit. Paris 1711.
fol. ad verba Ps. CXLIII. 4. Potest, ait, per unam ge-
nerationem, prima significari vita mortalium; per al-
teram vero generationem, resurrectio accipi. Quis
& ipsa regeneratio nuncupatur. Mox ad Matth.
XIX, 28. prouocat.

(q) apud Eusebium Hist. Eccles. Lib. V. c. II. p. 165. ed.
Mogunt.

(r) Stromatum Lib. III. c. VIII. p. 539. T. I. Opp. ed.
Potteri. Capiatur hoc loco vox ista, quo quisque
velit, sensu. Meam nihilo secius firmabit sententiam.
De Stoicorum ceterum παλιγγενεσια verba facere
nil adinet.

regenerationem. Ne in memoriam tibi reuocem, quae circa celeberrimum Matth. XIX, 28. Seruatoris dictum quamplurimi priscorum disputarunt. (s) Si dies itaque resurrectionis alter natalis dies, hic vero absolute *ἡμέρα* dicitur, quidni ille quoque vocabulo hocce appelletur?

§. XVII.

Sed quid multis? Fieri id omnino posse optimi rerum existimatores, Christianorum primi, videbant. Quo circa nihil apud eos usitatius erat; quam diem resurrectionis Domini *ἡμέραν κυριακῆς* aut *κυριακὴν* nominare. Omnium instar esse potest celebris JOANNIS locus Apoc. I, 10. *Εγενομένη ἐν πνεύματι ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ.* Cui IGNATII, sed interpolati, luculenta addo verba, qui, postquam dixerat, *ἐπιφωσκῆσης κυριακῆς* Dominum a mortuis surrexisse, mox pergit: *ᾤείχετο ἡμεῖς ὡρασκῆσαι, τὸ παθὸς, τὸ Σαββατον, τὴν*
 Class. II. Fasc. II. Q Iαφην,

(s) Constitutum mihi est, alio loco uberius hoc de dicto differere, eaque simul, quae Vir magnus, GODOFR. OLEARIVS in *Obseru. ad Matth.* p. 535. s. huc adtulit, excutere. Nunc quidem verba CLEMENTIS ALEXANDR. succurrunt. *Paedagogi L. II. c. IX. p. 219. T. I. Opp.* quibus noui foederis tempus *regenerationis* vocat *Oeconomiam.* *παροικεσιονομῆς*, ait, *γὰρ οὖν ἰησὺς παλιγγενεσις οἰκονομίας ἐξηγήσιν.* *Regenerationis enim Oeconomiae in praesentia mitto expositionem.* Num ab aliis locus notatus sit & ad illustrationem verborum Domini faciat, eruditi viderint.

ταφην, ἢ κυριακην, τὴν ἀναστασιν. *Continet ergo dies parasceue passionem eius, Sabbatum vero sepulturam & requiem. Dominica autem resurrectionem.* (t) Non aliter Latini, quibus dies Domini, & absolute Dominicus, dies ille est, quo e sepulcro rediisse Dominum constabat. CYPRIANVS de AVRELIO, qui lector constitutus erat: (u) *Dominico legit interim nobis, id est, auspiciatus est pacem.* Alibi idem: (x) *Dominicum celebrare te credis, quae corbonam omnino non respicis.* (y) Ipsum illum diem resurrectionis Christi, quem Pascha nominamus, *ἡμεραν κυριακην* a CHRYSOSTOMO dici observavit COLOMESIVS. (z) Plurima alia praetermitto, qui iam fere nimius fui in re nullo modo dubia. (a)

§.XVIII.

(t) Ep. ad Trallianos §. IX. p. 257. ed. Ittigii.

(u) Ep. XXXVIII. p. 75. ed. Brem.

(x) de opere & eleemosynis p. 203.

(y) Appellationis illius Dominici, Diei ad resurrectionem Jesu Christi retulit Augustinus de verbis apostoli ferm. 15. *Domini resurrectio conservavit nobis Dominicum Diem, & ipse videtur proprie ad Dominum pertinere.* T. d. H.

(z) Obseru. sacris, Opp, p. 627.

(a) Equidem non deesse memini, qui id nominis Constantini M. temporibus primum fuisse natum, contendunt. Quam inuita vero veritate SVICERVVS, voce κυριακην, aliique iam ostenderunt, & vel ea quae ex CYPRIANO adtuli, ostendunt. Ne quid vero dissi- mulem IGNATII locus, quo potissimum magni viri nituntur, ex Ep. ad Trallianos §. IX. p. 50. ed. Ittig. non is ex omni parte mihi videtur, qui negotium

De voce vidimus : iam qua rãtione credentium princeps desiderio suo potitus fuerit, Diem illum victoriæ CHRISTI intuenti, dispiciam. Omnes vero facile animadvertent, me non alio, quam ad Isaacum, ex præsentissimo mortis periculo ereptum, hic respicere posse. Vita functus is ab eo tempore Abrahamo videbatur, quo ad montem immolationi destinatum iter incipiebat. Die vero tertia, (Gen. XXII, 4.) qua numinis præcepto ex fati ferme faucibus liberabatur, natus denuo ac vitæ restitutus. Eo itaque pacto Jesum resurgentem & mortis imperium frangentem in umbra videbat Abrahamus, ac ingens propterea gaudium animo concipiebat. Quod quidem mirifice augebatur, cum & unice dilectum filium, quem iam mortuum crediderat, incolumem reciperet, & iterum ex ore Domini de Messia promissionem audiret. Hoc sane tam certum, fata Isaaci Domini adumbrasse perpeffiones, ut qui aliter sentire velit, aut ab ipsis Judæis erudiendum, quorum maiores ingens in Isaaci Historia arcanum quaerere, fatis nosti, aut ad Atlantes ablegandum esse centeam, quo innocentiores noctes ducere possit. Eius quoque interceptam immolationem ac e morte quasi reditum CHRISTI suo modo re-

Q 2

prae-

hocce conficere possit. Emendationis enim fortassis indiget, & præterea ad modum est ambiguus.

praesentasse resurrectionem, diemque natalem alterum, verissimum iudico. Constans haec erat veterum doctorum opinio. Audiatur CLEMENS ALEXANDRINUS: (b) ἀλλὰ καὶ τὰ κρείττα τὴν θεότητα ἀνιπτεται, μη σφάγεις, ἀνεση γὰρ μετὰ τὴν κηδεῖαν ὁ ἰησοῦς μη παθῶν, (scilicet, quoad τὴν θεότητα, de qua CLEMENTI sermo est) καλὰ περ ἱεργεγίας ἀφαιμενος ὁ Ἰσαακ. Quin etiam, sic vertit HERVETVS, ab Illustriss. POTTERO emaculatus, significat Domini diuinitatem, dum non fuit occisus. Surrexit enim post iusta facta funeris Iesus non passus, quemadmodum Isaac dimissus est e sacrificio. Interpretatur hinc THEOPHYLACTVS verba PAULI, I. Cor. XV, 4. quibus CHRISTVM resurrexisse ait. Κατὰ τὰς γεγραμμένας: (c) καὶ πρ, αἰτ, αἱ γεγραμμένα φασιν ὅτι τῆ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγυγερται? διὰ τὰ καλὰ τὴν Ἰωναν τυπῶ, καὶ περ τὰ τὰ, τὰ κατὰ τὸν Ἰσαακ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἀποσωθέντος ζῶντος τῆ μήλε, καὶ μη σφάγεντος. At ubi scripturae loquuntur, quod tertia die resurrexit? Per Ionaе prophetae figuram, & ante hunc ex eo quod Isaac tertio die matri sit vivus conseruatus nec immolatus. PROSPERI, aut potius alius, mox adscribam locum: reliquos praetereo, ne iusto sim diffusior, neue illud ab aliis petere videar, quod ipsae mihi sanctiores litterae offerunt.

S. XIX

(b) Paedagogi Lib. I. cap. V. p. 112. T. 1. Opp.

(c) Comm. in Epp. Pauli ad R. C. p. 293. edit. Augustini Lindselii, Episc. Hereford. Lond. 1636. fol.

§. XIX:

Est nimirum in Epistola ad Ebraeos decantatus locus Ebr. XI, 19. quo & hanc sententiam, & meam de die Christi opinionem optime confirmari, puto. Λογισαμενος, scriptor inquit, de Abrahamo filium morti tradituro, ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγείρειν δυνατὸς ὁ θεός, ὅθεν αὐτὸν καὶ ἐν πᾶραβολῇ ἐκομισαίτο. Non ignoro, quot sibi nodos eruditi viri in uttimis istis verbis, quae mihi fauere credo, quaesiverint. At, quod pace tantorum hominum dixerim, in scirpo quaesiverunt, cum nil clarius esse possit. Haerent circa verba ἐν πᾶραβολῇ. Et quod quisque est ingeniosior, eo acutiorem proferre solet explicationem. Ego simplicissime, quod res ipsa scopusque verborum postulat, reddo: *Quapropter & in similitudinem* (ἐν πᾶραβολῇ enim pro εἰς πᾶραβολὴν, ut facilius, positum) *eum recepit.* Rhetoribus familiare est vocabulum πᾶραβολῇ, qui, ubi dicendi tradunt praecepta περὶ πᾶραβολῶν quoque καὶ εἰκόνων commentari solent, (d) quas dilucidandae rei causa nonnumquam adhibendas esse monent. Strictiori vero sensu hi vocem capere consuevere; latiori sacri scriptores, quibus omnis diversarum rerum

Q 3 com-

(d) Dion. Longinus περὶ ὑψηλῶν, c. XXXVII, p. 200. ed. Tollii, Aristoteles Lib. III. Rhetor. c. IV. Illi nimirum ab imaginibus distinguebant similitudines. Non ita scriptores sacri, qui sub generali πᾶραβολῆς voce & illas comprehendunt.

comparatio ita dicitur. Quin libri Sapien-
 tiaē auctori *ἡ παραβολή* idem est ac prouerbium
 seu *παραομιλία*. Haec enim mea opinione
 mens ipsius est, c IV, 17. *ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμεῖς
 ὡς εἰς γέλωτα καὶ εἰς παραβολὴν ονειδισμῶν*. Hic
 ille est, qui risui nobis erat & perpetuum maledi-
 cendi prouerbium, seu, hic ille, qui in communi-
 bus apud nos prouerbiis versabatur & fabula nobis
 factus erat. Hinc non raro fit, ut in sacris
ἡ παραβολή idem sit ac *τύπος καὶ ὁμοιωσις* seu re-
 rum quarundam, futurarum praecipue, ad-
 umbratio. Quo sensu & hoc loco extare
 tam ipsa res, quam alius eiusdem scriptoris
 locus, ubi eodem occurrit significato, nimi-
 rum Ebr. IX, 9. ostendit. Nec accepit aliter
 non ineptus interpres, THEOPHYLA-
 CTVS: (e) qui sic eleganter loquitur: *τί
 ἐστὶ τὸ ἐν παραβολῇ; ἀλλὰ τὰ ἐν τύπῳ, εἰς ἐνδει-
 ξὴν μυστηρίων κατὰ χεῖρον*. Quid est, quod
 ait, in parabola? Id est, in figura, ad demonstra-
 tionem mysterii, quod in Christo erat. Cui cele-
 berrimos quosvis interpretes, paucis exce-
 ptis, iungere possem. Similitudo ergo quae-
 dam patri Isaacus resuscitatus quasi erat? Sed
 cuius quaeſo rei? *ἀναστάσεως ἰσων νεκρῶν*? Ita
 quidem longe plurimi interpretum, iidem-
 que eruditissimi, DAN. HEINSIVS, HVGGO
 GROTIUS, aliique, quin ipse PHIL. LIM-
 BORCHIVS. (f) Bene, nec me repugnante.
 Omnes

(e) Comm. ad h. l. p. 996. ed. Londin.

(f) Comm. ad h. l. p. 687, a.

Omnes circumstantiae eiusmodi efflagitant explicationem. Ecquid vero probabilius, unigenitum Abrahami filium, qui unigeniti Dei filii referebat imaginem, omnium resurrectionem, an peculiarem Seruatoris exemplo suo expressisse? Ecquid vero similis, credentium parenti, cui tot praeclara de Messia ex femine Isaaci prodituro promissa erant, universalem, an eius redemptoris, cuius se patrem fore nouerat, resuscitationem fuisse exhibitam? Equidem posterius arbitror, nec in eo quemquam mihi repugnaturum puto. *In similitudinem ergo Jesu e sepulchro aliquando reuocandi filium, de cuius iam salute conclamatum erat, Abrahamus recepit.* Parabolas crebro usurpandas esse, *ut imbecillitatis nostrae adminicula sint,* scripsit SENECA. (g) Eo plane consilio perpetuum in Isaaco monumentum Deus Abrahamo constituebat, quo ipsius de Messia mentis persuasio semper renouari, corroborarique posset. Mene vero iam conclusiones hinc pro sententia mea ducere, cupis, *Vir Venerande!* Beneficii istud Dominum in Abrahamum collatum fuisse, censes, nisi ingenti eius desiderio inflammatum cognouisset? Atenim silebo. *Tibi scribo, iisque, qui res aestimare didicerunt.* Non ergo necessarium, quas sine monitore percipiunt omnes, consecutiones verborum quodam apparatu recensere.

Q 4

§. XX.

(g) Epistol. LIX. p. 149. T. II. Opp. ed. Gronouii.

§. XX.

Satius erit, paucis, quae magni viri de loco illo ad Ebraeos haud ita pridem mouerunt, discutere, quo meliorem nostra interpretationem vix dari posse intelligatur. JO. BRAVNIVS, V. C. (h) εν παρομοια hic idem esse vult, ac ad similitudinem plurium quos Deus ex mortuis temporibus V. & N. T. suscitauerit, aut potius, ut mox addit, ad similitudinem eorum, qui iam ante Abrahamum aut e morte reuocati, aut magnis ex calamitatibus, prout Noachus, erepti fuerint. Tantum virum istas quaesuisse ambages, ubi nullis spinis obsita sese via offerebat! De vocibus nil moneo; quae tamen an alicubi sic capiuntur, aut capi possint, dubito. Nec ea tango, quae de quorundam reditu ab inferis ante Noachum, quibus & Enochum connumerat, in medium profert. Ipsa explicatione frigidius quidquam non excogitari posse puto. Adeone mortalium intererat, scire, fuisse quamdam inter Isaacum ceterosque, qui e magnis euaserint calamitatibus, similitudinem, ut tam obscuris illud exponere verbis e re nostra Apostolus duceret? Quis tam stupidus, ut eos, qui communi utuntur in subeundis fortunae insultibus sorte, pares sibi ratione quadam esse, nesciat? Et quae haec interpretatio: *Recepit Abrahamus filium suum, non secus ac alii, quibus sui, quos pro mortuis iam habuerunt,*
reddi-

(h) Comment. ad Ebraeos p. 261.

redditi sunt? Vel vulgaris loquendi ratio eius-
modi dicendi genus spernit.

§. XXI.

Maius quidquam pollicetur ingeniosissi-
mus *παρεργων* sacrorum auctor, qui, grae-
cis *παρεβολην* discrimen seu periculum
esse, notat, atque *εν παρεβολη* exponit *in*
praesentissimo periculo. Digna certe tanti viri
ingenio interpretatio, licet minus solida, ut
Vir Graece doctissimus, LAMBERTVS
BOS (i) iam ostendit. Magis omnibus sese
commendaret, si Apostolus *εκ παρεβολης*,
pro *εν παρεβολη* scripsisset: verum ne tunc
quidem firmiter consistere posset. Iudicet
ipse vir magnus, uter nostrum fortius colli-
gat. Ipse, qui sic instituit: Est apud Hesy-
chium locus, quo *παρεβολη* exponitur per
παρεκινδυνευμα. Ergo, licet nulla cogat ne-
cessitas, is huius vocabuli significatus hoc
etiam loco adstruendus est, praeter scriptoris
ipfius, aliorumque Graecorum consuetudi-
nem. An vero nos, qui sic concludimus:
Non alio quam similitudinis sensu apud sa-
cros, omnesque fere externos scriptores vox
παρεβολη occurrit, eodem a nostro alio loco
adhibetur: commodam praeterea admittit &
elegantem explicationem, quae cum institu-
to auctoris, cui umbras cum corpore com-
ponere moris est, conuenit: Ergo usitata ista
notio neutiquam hic est deserenda. Equi-

Q5 dem

(i) Exercit. ad Nov. Testam. p. 247. ed. secundae.

dem nullus dubito, quin qua est aequitate, vir egregius nobis potius, quam sibi sit ad-
 sensurus. Ceterum non diffiteor, quod Cl.
 BOS negat, potest aliquando vox ista *periculi*
 notione venire. Graecis *παρεβολον* non ra-
 ro periculosum est. PLINIVS iunior: (k)
Sunt enim maxime mirabilia, quae maxime in-
sperata, maxime periculosa, utque Graecis magis
exprimunt, παρεβολα. Eodem sensu DION,
 LONGINVS (l) aliique adhibent. Quidni
 ergo & *παρεβελι* periculum esse possit?

§. XXII.

Succedant eius, quem modo nominavi,
 Viri celeberrimi LAMB. BOS de hoc ipso lo-
 co cogitationes, *ὅτεν* ipsi est *unde* & ad mor-
 tuos refertur, *εκομισατο* vertit per *acceperat*,
εν παρεβολη, per *quasi*. Sic haecce esset sacri
 scriptoris mens: Unde & illum quasi (i.e.
 ex emortuis corporibus) acceperat. Stupi-
 dus essem, nisi vel hinc curatam viri indu-
 striam, quae mirum semper in modum mihi
 placuit, agnoscerem. At enim vero, quis
 hoc quoque non sentit, quam contorta & du-
 ra omnia sint in hac explicacione? Vellem ipse
 non commisisset, quae in *παεργων* auctore car-
 pit vir doctus. Quis umquam aut sacrorum, aut
 aliorum vocibus *εν παρεβολη* ita usus est, ut
quasi denotent? Nullum produxit, nullum
 producere potuit exemplum: Ad eum, qui
 vocu-

(k) Lib. IX. Ep. XXVI.

(l) *ωεινψεε*, C. XXXII. p. 174.

voculae ὅτιεν potest esse, significatum reliqua
refingere, placuit. Nescio vero an audaciae
careat nota, novas fabricare significationes,
quae nulla defendi possint auctoritate? Et
quis crederet, cum alia non deessent verba, in-
ter omnes recepta. Apostolum inusitatam
hic locutionem usurpare voluisse?

§. XXIII.

Aliam ingressus est viam v. e. GEORG. RA-
PHELIVS, (m) εν παραβολη is putat pro παρα-
βόλως hic accipiendum esse, ut saepius εν αλη-
θεία pro αληθως, εν ταχει pro ταχέως po-
natur. Παραβόλως vero interdum apud
POLYBIVM esse *insperato*. Ignoscat mihi vir
non male de sacris litteris meritis, quod haec
alia cogitanti excidisse existimem. Quid αλη-
θεία, quid aliae voces in eiusmodi constru-
ctionibus sint, non ignoro. Quid παραβολη,
me latet, an *improvidentia*, an *insperabilitas*
(novo enim opus erit vocabulo, quod CICE-
RONIANA lentulitate forsitan excusari pote-
rit) an aliud aliquid. Melius disputabimus,
si vir doctus de hoc mentem suam aperire, si-
mulque apud quos hac notione vox illa repe-
riatur, indicare voluerit. Mihi enim alias
semper dubitandi locus erit. Neque vero dei-
sto, quem praecipue in partes vocat, POLYBII
loco, certum est, quod παραβόλως *insperato* ibi
verti debeat. Lexica compellat Cl. Vir. Mane-
at istis laus sua: mihi vero libertas errores eo-
rum

(m) Annot. in N. T. ex Polybio & Arrianop. 676. l.

rum castigandi. CASAVBONVS sane *audacter* vertit. Nec male; Viderint vero, ut quid sentiam, demum profitear critici, annon medicina locus iste POLYBIANVS indigeat, *ε μὴ ἀπ' αὐτῶν, αὐτῶν ὡς περ ἀγαθῶν βραβευτῆς ἢ λυχν μεταβιβάσασα ΠΑΡΑΒΟΛΩΣ αὐτῶν ἐκ τῶν προειρημένων ἰοπέα καὶ ἰε προὔπαρχοντι ἀοδληματι εἰς παρὰβολώτερον ἀγωνισμα, καὶ ἰοπονελαιῶ συνεκλείσειν.* Unius litterae mutatione pro *παρὰβόλως* legatur *παρὰβολως αὐτῶν, audaces istos.* Sic omnis de adverbio isto inconcinne alias hic collocato, disceptatio exspirabit, nihilque porro in hoc loco difficile erit.

Sufficiant haec. Vidimus, quam sese torqueant maximi homines, quibus nostra non arridet interpretatio. Ex quibus omnibus concludendum, hanc ob facilitatem, aliasque causas amplectendam, ceteras esse repudiandas; quibus tamen ingenii laudes invidere nolim.

§. XXIV,

Ultimo iam loco, *Vir Amplissime*, auxiliares aliorum copiae in aciem essent educendae, quibus meae iam placuissent partes. Sed, nescio quo fato, solus hic milito. Perii, nisi veritatem experior amicam. Consensus (n)
me

(n) Quod si consensu aliorum sententiae aliquid roboris ac momenti accedere potest, eo se omnino destitutum esse, non habet conguerendi causas doctissimus *Moshemius*. Tale quid iam suboluit maximo GROTIUS, cuius haec in hunc locum notula est. Vi

me destituit. Unicus est tamen, sed ignotus, qui mihi non penitus videtur adversari, auctor libri *de promissionibus & praedictionibus Dei* (o) qui in Appendice Operum PROSPERI legitur. Is, dum filii Dei perpeffiones ab Abrahamo in filio visas esse, vult, eoque verba nostra diserte trahit, resurrectionis quoque diem non excludit. *Diem scilicet, ait, (p) Passionis filii Dei in suo filio figuratum vidit Abraham: quod unico filio non pepercit: quod velut ad aram crucis triduo cum infanti victima convolavit; quod patiens*

AC

dit aliquid eius non sine magno gaudio: Nimirum, tunc maxime, cum fiduciae suae in Deum hoc praemium retulit. QVOD ISAACVM, QVASI E MORTVIS RECEPIT. Hebr. XI, 19. In primis sibi eam adstruendam plus semel sumit Jac. ALTINGIVS, in tract. de Sabb. L. V. c. 5. & ad loca sel. N. T. p. 24. 25. eamque opinionem passim alias inculcavit. Secutus illius vestigia est Petrus van STAVEREN, Ecclesiastes Lugdunensis in peculiari sermone, qui in eius Comment. Vernaculo in Gen. T. III, p. 123. sqq. exstat. Notata tamen eadem quoque est, cum a J. COCCELO in h. l. tum a Joh. MELCHIORIS Opp. T. I. p. 752. Alias in hoc loco ad Isaaci immolationem respexisse Christum, diemque Christi ab Abrahamo visum esse, & diem eius mortis in Isaaco praefiguratum non pauci Veterum, inque iis Chrysostomus, Cyrillus Alexandr. Theophylactus, atque alii notarunt. T. d. H.

(o) Editores in Admonitione libro huic promissa satis antiquum esse hunc auctorem & Sec. 3. floruisse ostendunt.

(p) P. I. c. XVII. p. 103. ed. Paris,

ac sine voce, similis agno coram tondente se, filius patri, ut percuteret, pia colla prae-buit: quod se ligno quod portauerat ipse suspendi Isaac non reluctatus est; quod aries cornibus in uepre detentus; spinis coronatum Christum ostendens, pro Isaac immolatus apparuit: quod NB. ideo Isaac immolatus non est, quia resurrectio filii Dei seruata est. Haec omnia credens Abraham videre meruit per figuram, quae nos per gratiam impleta esse cognoscimus. Ita auctor hicce, qui sane non adeo ineptus est, diem Christi ab Abrahamo visam explicat.

§. XXV.

Patere denique, Venerande Vir, ut IRENAEI singulares in hoc dictum meditationes ab aliis neglectas his omnibus adiciam, qui, si quis alius, monstri quiddam alere videtur, Verborum vero eius obscuritas forsitan effecit, quo minus ab aliis sententia illa notaretur. Diem Christi tempus ipsius esse, confitetur. Duplici vero modo Abrahamum illud vidisse, existimat. Primum, dum in terris degeret, eo modo, quo diuini vates futura perspiciebant. Deinde in filiis suis, posterisque, Simeone, Hanna, Maria, aliisque, qui viuendo Domini tempus attigerunt, ac ex eius conspectu non leue gaudium perceperunt. Sic ego quidem subobscura sancti viri verba capio, quae interpretes ad unum omnes intacta dimiserunt. Sed iste plerumque hominum illorum mos est, ut in facilibus occu-

occupatissimos sese ostendant, unde, si quidem non plane nulla, exigua certe in rem sacram & eruditam utilitas proficiscitur. In iis, quae ad dignoscendas veras aetatis istius rationes, eruendasque genuinas sacros scriptores interpretandi regulas, quibus aevi illius doctores insistebant, pertinent, segnes sunt ac remisii. Quo tamen dum caremus labore, interiori destituti sumus rerum Christianarum cognitione. Quidquid vero est, non ab iis, quas IRENAEVS sequebatur, regulis in sacris oraculis explicandis ista, quam dedi, expositio remota est. Num a vera ipsius mente aberrauerim, ex verbis, quae iam subiiciam, diiudicandum erit: (q) *Abraham, inquit, - - doctus repraesentatione, quod inter homines homo futurus esset filius Dei - - concupiuit eam diem videre, uti & ipse completeretur Christum: & per spiritum prophetiae videns eam exultavit.* Haec prima Abrahami visio & gaudium. Posteaquam commemorasset Simeonis & pastorum adfectum ob natum Seruatorem, rursus pergunt: *Sed & Maria ait: Magnificat anima mea Dominum - - descendente quidem exultatione Abrahae in eos qui erant ex semine eius, vigilantes & videntes Christum & credentes ei; reciproca autem rursus & regrediente exultatione a filiis in Abraham, qui & concupierat diem aduentus Christi videre.*

Bene

(q) Lib. IV. adu. haeres. cap. XV. p. 302, 303. ed. Grabii.

Bene igitur Dominus noster testimonium reddebat ei, dicens: Abraham pater vester exultavit, & reliqua. En alteram visionem! Vereor, ut tibi placitura sit haec commentandi ratio. Me quidem non delectat. Bene tamen illi cum interpretatione, primis doctoribus, consueta, conuenire, alio loco docebo.

§. XXVI.

Atque haec sunt, *Vir Amplissime*, quae in mentem cogitanti de die Christi venere, quam Abrahamus vidit. *Tuae* erit humanitatis, quae forsitan minus eleganter dicta sunt, benigne interpretari, dictionisqueordes festinationi nimiae, quam morbi auxilium impetus, tribuere. Acutissimi dolores, qui me scribentem excruciarunt, vix rationis ferunt imperium; tantum abest, ut ad Latii venustatem me componere potuerim. Omnes implese mihi numeros videbor, si ita saltim scripserim, ut, non frigidum plane Sabini somnium te legere, existimes. Vale. Kiliae, ex museo, d. XIV. Sept. MDCCXVIII.

F. A. L.

ad hanc dissertationem

COROLLARIUM.

GRatias summas habeo Celeberrimo harum literarum scriptori, quod doctissimis iuxta atque politissimis observationi-

tionibus de re ardua pressius cogitandi an fam
 mihi subministrare voluerit. Amicas hu-
 jusce generis objectiones ingentis beneficii
 loco habeo. Quod si mihi nondum licuit
 esse tam felici, ut Virum tam sagacem, tan-
 taque eruditione pollentem in partes meas
 pertraherem, non tam causæ, quam defen-
 soris vitio id accidisse puto. Neque tamen
 pugnam redintegrare adlubescit. Æquis
 doctisque rerum arbitris, ut libere judicent,
 permitto. Si forte eo usque placuerit divi-
 næ providentiæ fugacis vitæ stamina pro-
 vehere, ut cœptam in divinum divini Jo-
 hannis Evangelium telam pertexam, is ulti-
 mis in obscura hæc verba curis locus erit
 proprius. Parcendum quoque lectorum tæ-
 dio existumo, quibus forte minus gratum
 foret, tot dissertationi de eodem themate im-
 pendi pagellas.

Id tantum e re est, ut indicem, ad suffra-
 gium sententiæ, quam elegi, addendum me
 non antea descendisse, quam revocata ad ju-
 dicii trutinam illa ipsa, cui elegantissimus
 MOSHEMIUS pollicem premit, hypothesi.
 Patronus eius jam ex professo fuit Celeber-
 rimus JAC. ALTINGIUS Opp. Tomo III.
 in singulari, quam ad comma hoc Johannis
 habuit concione. Sed cum visionem Chri-
 sti typicam iisdem premi difficultatibus vide-
 rem, quas habet visio prophetica, ab ea quoque
 divortium feci.

Quoad Cl. HEUMANNUM, cujus erudita dissertatio primam huic velitationi ansam subministravit, neque ille victas dedit manus, sed dissentium suum etiamnum persistentem libere literis humanissimis ad me datis testatus est. Ita enim ille post alia:

„Permittamus igitur, quaeso, uterque nostram interpretationem iudicio lectorum, imo iudicio posteritatis, quod solet esse maxime incorruptum. Nam sane vitio naturæ humanæ fit, ut sua quisque faveat sententiæ, nec, nisi post longius interval- lum, tepescente erga proprii ingenii foetum amore, liceat veritatem ab altero monstram agnoscere. An & mihi idem contigerit, nondum scio, sed sciam futuro tempore, cum sine ullius affectus superpon- ditur. Tuam pariter meamque sententiam æqu- librare lance licebit. Nunc quidem, fateor, nondum mea me sententiæ pœnitet, et si utraque manu largior, Tuam, Vir Doctis- sime, exegesis, nec analogiæ Christianæ fi- dei adversari, nec a verbis scopoque Chri- sti abhorre, & eloquentissime politissi- meque esse expositam. Duo tamen con- coquere non potui, quæ in mentem vene- runt legenti paginas 515. & 516. Pri- mum enim, si per *Diem Christi* intelligitur *tota periodus epiphaniæ Christi ab incarnatione usque ad foundationem regni ipsius*, sequitur, *Christum, si eam, quam Tu ipsi tribuis,*

mentem habuisset, dicturum fuisse: *Abrahamus videt jam diem meum, & impense letatur.* Atqui non dicit: *videt & letatur*, sed: *vidit & letatus est olim*, cum versaretur in his terris. Deinde vellem, vel uno exemplo probasses, per phrasin, *Diem alicujus videre*, significari posse non quidem presentem interesse alicujus rebus gestis, sed tamen de aliquo audire & fama percipere, quod is alio in orbe versans magnas res gerat. Vereor valde, ne duo hi scrupuli etiam aliis sint impedimento futuri, quo minus Tuam sententiam, quæ cæteroquin planissima videtur, amplectantur.

Modeste sane & docte pro solito. Neque tamen his difficultatibus multum ponderis inesse mihi, fors nimium quoque meæ sententiæ blandienti, videtur. Nam quoad primam, præteritum tempus non incommode putem de visione usurpari, quæ jam ante triginta, & quod excurrit, annos cœperat. Alias recurrerem ad linguam & dialectum, qua Salvator noster usus est, in qua exigua est præsentis temporis a præterito distinctio. Difficultatem secundam ex parte Cl. MOSHEMIUS aliud agens sustulit, nisi quod exempla adæquata de re plane insolita & in suo genere prorsus peculiari jure desiderari nequeant. Sed nolo in arenam hanc amplius descendere.

Est tamen, quod gaudeam, de calculo Celeberrimi ALPHENII, cujus verba addere lubet, non ostentationis cujusdam gratia, sed, quia ad roborandam sententiam spectant, & ad calculos sedenti adjumento esse possunt, ut eo certius pedem suum figat:

„Dudum est, quod mihi persuadere non potuerim, *visionem* illam *diei Christi*, quæ Abrahamo tribuitur, quæque opponitur desiderio ardentissimo cum gaudio, spei commite, conjuncto, aliam esse posse, quam qua viderit suæ spei & desiderii implementum: excitationem scilicet, illius seminis, in quo benedictionem consequerentur omnes familiæ terræ. Hujus seminis excitandi promissio mihi videtur fuisse causa ἀγαλλιασµῆ ἵνα ἰδῆ ἰὼν ἡµεῶν ἰὼν τῆ χειρῆ, (ubi repetitio articuli non videtur emphasi carere:) implementum promissi & præstatio ejus, quod tanto cum gaudio desideraverat, causa est ἰὼ χειρῆ αὐτῆ. Hanc Tu profecto sententiam validissimis argumentis adseruisti.

Novum ergo sortita est sententia, quæ paucissimis hæctenus adrisit, patronum. Sed repperi quoque veterem, qui tum, cum meam dissertatiunculam elaborarem, me adhuc dum latuit, CLEMENTEM nempe ALEXANDRINUM, seu mavis THEODOTUM, Valentinianorum erroribus imbutum. Inter excerpta sane ejus §. 18. editionis Potterianæ

p. m. 973. legitur. Ο σωτήρ ὡφθη κατιῶν τοῖς
 ἀγγέλοις, διὸ καὶ εὐηγγελίσαντο αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τῷ
 Ἀβραάμ καὶ τοῖς λοιποῖς δικαίοις τοῖς ἐν ἡ ἀνα-
 πάσει εἶσιν ἐν τοῖς δεξιῶς ὡφθη. Ηγαδιάσατο
 γὰρ, φησιν, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, τὴν
 ἐν σαρκὶ παρεσίαν. I. *Salvator cum in terras
 descenderet, Angelis visus est, quomobrem & ad-
 ventus ejus letisuerunt nuncii, Sed & Abraba-
 mo reliquisque justis, qui in requie ad dextram
 erant, visus est: Exultavit enim, inquit, ut vi-
 deret diem meum, diem nimirum mei in carne
 adventus.*

II.

GERHARDI (a) OVTHOVII,

in Psalmi II. comma 6.

Observationes, in quibus prolixius
 de montibus Sionis & Morie agitur.

ARGUMENTVM.

Quomodo ꝑ̄ vaū hic aduersative sumitur. Persona
 Loquens est Pater, vis verbi **ἰδοὺ**, fundare, li-
 bare

(a) Voluit Clarissimus auctor has Observ. tanquam no-
 vum specimen illius operis, de quo T. I. fasc. 3. p. 205.
 sqq. dictum est, heic apparere. Haud invitus Lector
 Catalogum scriptorum a Viro doctissimo editorum
 haectenus heic loci leget, Series

ἔχει, ἀπέδεν, etiam ordinare, constituere. Principesuncti, מְסִיכִים constituti, ordinati. καὶ θεσάμενος, χενσοί. רבה pro crescere, augere, ad dignitatem evehere etiam inungere, sic Deus Pater inunxit, ordinavit suum filium. Discrepantia versionis τῶν ὄ, cum vertunt καὶ θεσάμενος &c. non quidem re ipsa, sed prosopopocia.

Series Scriptorum editorum
a Gerharδο Outhovio.

1. Exercitium philologico-theologicum de *Manna*, Israelitarum, edit. Groningæ 1694. in 4to.
2. De profecy van *Obadias* verklaardt in haare vervullinge aangetoondt en ter betragtinge toegepast. Groning. 1700. in 8vo.
Hic liber, ejus exemplaria nulla amplius in bibliopoliis exstant, mox recuderetur, & commentario Auctoris in *Jonam* adjicietur.
3. De Breef van Paulus aan *Titus* verklaardt uit de gevoonten der eerste Kristenen, Kretensers en andere aloude volkeren opgehelderdt, en tot opvvekkinge van godzaligheid toegepast. Amstfeld. 1704. in 4to.
4. De *Poëcy*, bestaande in stigtelyke gezangen, herderszangen, Lierzangen, Lofdigten. 2. deelen het eerste deel gedrakt, t' Amst. 1708. het tweede deel t' Embden 1711. in 8vo.
5. Keizerlyke Rykszinspreuken, of de *Symbola* van alle de Keizers, van Julius Cæsar af tot op Josephus in digtmaat uitgebreyd, met veelerley zedelessen opgehelderdt, en kort berigt van t' leven der Keizers, te Gouda. 1711. in 8vo.
6. Verklaaringe over t' boek *Ruths*, vvaerin de geschiedenis in haare spreekvvyzen vwordt geopendt, door de oudheit en gevoontens van de Hebreën, Grieken en Romeinen opgehelderdt, en in de geestelyke verborgendheden op de Kerke van Kristus den vvaaren

poeta. Origo hujus discrepantiæ: non semper ex variatione punctorum, sed etiam circa literas, uti in Lo-
eis Pf. 22. 2. ubi Bythmeri error notatur. Puncta coæ-
va literis, nota tempore græcorum Interpretum. Ar-
gumentum stabilitatis regni Messiaë in hoc loco. Sion,
nominis scriptio; Triplex Sion. Unde **III**, mons
R 4 templi

- Goel of Loffer toepasselyk betoogt. te Embden,
Amst. 1711. in 4to.
7. Epistola ad Amicum, seu dissertatio de veritate resur-
rectionis Jesu Christi, propriis viribus, ex vocibus
εὐαγγελίου ἑβραϊκοῦ demonstrata Embdæ; 1710.
Hanc dissertationem auctam auctor denuo Bibliothecæ
huic post unum aut alterum mensem inferet.
8. Johannis Gerhardi Meditationes Sacræ, sive Heyllige
overdenkingen door T. Gerardus in 1^o Latyn, dog
vertaaldt door G. Outhof; en vermeerderdt met een
geestelyk gezang agter elke overdenkinge, ook ver-
rykt met veele aanmerkingen, uitlegginge van
schriftuurtexten, zedespreeken &c. 1^o Embd.
1715. in 8vo.
9. Zedelessen der Oudvaders verzamelt uit de schriften
van G. Outhof en anderen door C. v. H. met een voor-
reeden, en brief door G. Outhof aangaande de Zaake
van P. Quesnel. 1^o Amst. 1715. in 8vo.
10. Verhaal van alle Watervloeden van Noachs tydt tot
deezen tegenvoordigen, byzondere beschryvinge van
de laatste Kersvloet, met eene predikatie over
Jon. 2, 3, 4. en verhandeling van de Komeeten &c.
1^o Embd. 1718. in 8vo. Hic liber ipso hoc, quo editus
est anno divenditus, secundum sub prelo sudat.
11. Dissertatio ad locum Marc IX, 29. Haec inserta est
fasc. II. hujus Bibliothecæ, pag. 60. sqq.
12. Specimen Observationum in V. T. in quibus textus
Ebraicus cum versione **תו** LXX. confertur Fasc. III.
p. 205. sqq. & Fasc. IV. p. 447. sqq.

templi derivatur. Quomodo *Herma, specula, pharus, locus siccus inivus, &c.* Situs erat mons Sion non ad septentrionem; sed ad Austrum; Ligifoti, Hilleri, ac Othonis error notatus, Fl. Josephus defensus. Sion mons sanctus, quare Templum quomodo in monte Sion, uti & in Moria. Chaldæi paraphrasis ad 2. Chron. 3, 1. Lutheri glossæ ad Gen. 22, 2. Moria mons templi, pars Sionis. Error J. Altingii. מוריה Moria, unde derivatur, ex יה & מורא, a ירא, timuit, quod probatur. Sententia Onkelosi male allegata à Munstero. Sion non erat collis Moria, error Dieterici, uti & C. a Lapide, qui Augustinum male allegat, uti & Hieronimum, cujus vera sententia ostenditur de Golgotha. An Adam ibi sepultus, ubi Christus crucifixus, ut multi credidere Patres. Golgotha unde sic dictus, non fuit collis Moria. An Isaac in monte Moria erat immolandus, non potest probari. Spinosa vespa, oppugnatio contra Moysen. Nulla mentio Montis Moria in toto cap. Gen. 22. Demonstratur porro templum in monte Moria conditum, etiam in monte Sion: ubi Deus habitabat, Sion pro monte, pro civitate, pro Ecclesia. Vis phraeos unxi regem meum in montem Sion. Apollinarij paraphrasis, Arabica versio.

וַאֲנִי נִסְכַּחְתִּי מַלְכִּי עַל-צִיּוֹן הַר-קֹדֶשׁ :

Et ego unxi regem meum in Syonem montem sanctitatis mee. Quia Deus loquens hic introducitur, plerumque hic subintelligitur לאמר dicendo. Sed optime Coccejus hic observat, quod præfixum וַאֲנִי, vulgo conjunctio copulativa, & quæ in initio sæpe ornatui inserviat, hic jam in sensu adversativo accipi debeat, ut Glassius va-
riis

rūis exemplis in aliis Locis probat. *phil. f. L. 4. tr. 1. obs. 7.* Sensus ergo est, quamquam reges terræ se efferant, licetque consultant de rejiciendo Jesu rege, *ego tamen unxi regem meum &c.* Vel sic potest accipi, licet reges terræ conentur destruere regnum Mesia, frustra hæc moliuntur, *quoniam ego Jehova Pater unxi regem meum &c.* LXX. dicunt *ἐγὼ δὲ ἐγὼ* vero: quasi sensus esset, illi volunt quidem destruere Mesia regnum, ego vero unxi illum regem meum in Sijone monte sanctitatis meæ.

Loquitur igitur hic Deus Pater, de Filio suo Unigenito, ut Glassius recte ait, tum ratione æternæ generationis, tum ratione missionis ad officium sacrosanctum. *Phil. f. lib. 3. tr. 1. Can. 30.* Et quid Pater de filio suo dicit? Primo *נִסְכַּחְתִּי*, i. e. *unxi*, vel *constitui*, vel *ungendo ordinavi*. Nam verbum *נִסְכַּחְתִּי* notat in genere *sudit*, *persudit*, vel *persudit liquore aliquo*: hinc speciatim *sudit ex metallo*, *Jes. 40, 19.* ubi Belgice *gieten* etiam *libavit*, vel *libandum sudit*, quando liquida Deo offerebantur, & sic profundeabantur, ut aqua, vinum, & oleum. Ut *1. Paral. 11, 18.* ubi Belgæ quoque reddunt *uigtieten*. Alibi tamen vertunt *een drankoffer offeren*, *een drankoffer doen*. Ut *Hos. 9, 4.* *Pf. 16, 4.* in quo ultimo loco *וְנִסְכַּחְתָּ* vertunt *συναγάζω*, alias specialem hanc significationem hujus verbi *נִסְכַּחְתִּי* reddunt per *σπένδειν*, *libare*, uti & *נִסְכַּחְתִּי*

per σπονδήν, libamen, ut Exod. 30, 9. **לֹא תִסְכּוּ**
עָלָיו και σπονδήν οὐ σπείσετε, vel σπείσε-
 τε, ἐπ' αὐτοῦ: Et libamen non fundetis super
 illud, scil. altare. Hinc jam porro sumitur
 hoc verbum **סָכַךְ** pro unxit, ordinavit, consti-
 tuit, vel unguendo ordinavit, quia reges & sa-
 cerdotes sic olim ungebantur, vel oleo fuso
 ordinabantur, initiabantur, &, si sic loqui
 liceret, in auctoriabantur. Unde principes di-
 cebantur **נְסִיכִים** id est constituti, ordinati, un-
 cti *Dan. XI, 8. Ps. LXXXIII, 12. Jos. XIII, 21.*
Exech. XXXII, 30. Belgæ Geuveldigen, etiam
Vorsten, ut & Mich. V, 4. In quo ultimo Loco
 LXX. habent δήγματα, i. e. morsus, de qua
 versione statim adhuc aliquid dicemus. A-
 quila melius ibi dicit, καθεσταμένους ἀνθρώ-
 πους, & Symmachus quoque non male χερ-
 σούς ἀνθρώπων, quasi unctos hominum, respi-
 ciens ad unctionem, qua principes seu re-
 ges olim initiabantur, ac in munere suo
 constituebantur, quare sic **נְסִיכִים**, καθεστα-
 μένους, χερσοί, constituti, ordinati, uncti, dicun-
 tur. Hinc Symmachus hoc Loco quoque
 vertit **וְאֲנִי נִסְכַּכְתִּי מַלְכִּי** hisce verbis, καὶ γὰρ
 ἔχεσα τὸν βασιλέα μου, & ego, vel ego tamen,
 unxi regem meum. Uti & Rabbi Salomon Jar-
 chi sic quoque accepit, cum hic dicit,
לְמַה רָגַשְׁתֶּם וְאֲנִי מְנִיחִי לִי אֶת זֶה לְנֶסֶךְ עָלָיו
צִיָּה, quare concursastis tumultuose? at ego con-
 stitui mihi illum, ut ungam super Sion. Aben
 Esra habet **וְהָיָה מַלְכִּי** i. e. praefeci, vel regnare
 feci

feci. Non male, nam qui aliquem *ordinat*
 vel *ungendo regem constituit*, facit illum re-
 gnare, Chaldaeus habet *נניתי מלכי*
 quae verba Buxtorfius quoque vertit, *Et ego*
inunxi regem meum. Exponi quidem posset
 per transitivum *piel auxi, multiplicavi, & sic*
 per consequens *magnificavi, ad honores evexi,*
 quia radix *נב*, ut *נב*, primo loco notat
crescere, majorem fieri, in piel augere, multi-
plicare, crescere facere, magnificare, ad dignitatem
evehere, adeo ut unctio illa *elevationem ad*
honorem, seu dignitatis multiplicationem
& incrementum notet. Sed secundo loco
 notat *נב* vel *נב* quoque *ungere, inungere,*
 & respondet Hebraeo *נב* *unxit.* Ut Bux-
 torfius probat in *Lexico Talmudico col. 2188.*
 Aquila, ut & V. & VI. editiones Graecae re-
 spexerunt forte ad ordinationem, ita enim
 Aquila & V. Editio habent, *καὶ ἐγὼ ἐδιασά-*
μην βασιλέα μου. & VI. Editio sic habet, *καὶ*
ἐγὼ διέσωσα τὸν βασιλέα μου. Ubi Drusius no-
 tat, quod *διάζεται* in *Lexico veteri* vertitur,
orditur. Porro quid sit *διάζομαι τὸν σήμερον,*
 vide apud Suidam in *Lexico. part. 1. pag. 690.*
 Edit. Æm. Porti, ubi & *διαζέτω* ex Aristo-
 phane adducitur, quodque verbum ex *δια* &
ίζω, colloco, sedere facio deducitur.

Hi omnes ergo in activo sensu vertunt,
 quorumque omnium interpretatio facile re-
 ferri potest ad Deum patrem dicentem, *ego*
constitui, vel unxi, vel ordinavi, vel regnare feci,
 uti

uti & Hieronimus quoque vertit, *ego autem ordinavi regem meum, super Sion montem sanctum meum.* Et versio Syriaca quoque habet, *ego constitui regem meum &c.* Et merito introducitur pater ut persona ungens, aut ordinans, quia Pater est auctor omnium consiliorum divinorum, neque Christus sibi sumpsit honorem ut esset vel pontifex vel Rex, sed eum accepit a Domino. Uti Jac. Altingius recte observat ac fusius exponit in *comment. Theoretico practico in hunc Psalmum oper. tom. 2. part. 3. fol. 2.*

At hic jam videntur LXX. Interpretes discrepare a textu sacro, ut & ab omnibus aliis interpretibus, quando dicunt, *ἐγὼ δὲ κατιστάθην βασιλεὺς ἐπὶ αὐτοῦ Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ*, id est, ut Latina vetus versio habet, *ego constitutus sum rex ab eo super Sion montem Sanctum ejus.* Ubi ergo Messias ipse introducit loquens in sua persona in passivo sensu, *constitutus sum*, seu *ordinatus sum*. Qui sensus quoque re ipsa non quidem differt a prima expositione, quoniam ille, qui fatetur se constitutum esse, declarat patrem esse, qui illum constituit, uti & Messias seu Summa Sapiencia sic loquitur *Prov. VIII. 22.* ubi in Niphal seu passivo dicit, *מֵעוֹלָם נִסְכַּחְתִּי* a seculo inuncta fui, vel constituta, aut ordinata fui. Ubi Theodotion vertit *πρὸ αἰῶνος ἐγενεχθῆσαί μου*, quod exponi potest, *ab aeterno edita sum*, vel etiam *designata sum*. At ibi LXX. dicunt, *ἐδῆ*

μελίωσέ με, *fundavit me*, de qua versione tunc
plura dabimus.

Cum hoc loco οἱ ὁ vertunt κατεσάθην, pos-
set quidem hoc verbum, vel aoristus, active
exponi, quoniam & præterita & aorista pas-
siva tam in Novo Test. quam apud De-
mosthenem ac alios scriptores Græcos non
raro active usurpantur, ut Vigerus de *idio-
tismis ling. gr. cap. 5. sect. 1. §. 13. & sect. 3. §. 14. &
Pafor in Grammatica sua pag. 147. 148. 149.* va-
riis exemplis probarunt, non tantum in ver-
bis, quæ vocem activam non habent, sed etiam
in iis verbis, quorum activum in usu est, ut
ἐνδέδειγμαί, *ostendi*, pro ἐνδέδειχαί, apud De-
mosthenem pro Corona, & alibi. Sed obstat
huic expositioni tota locutio κατεσάθην βα-
σιλεύς, ut & ὑπ' αὐτοῦ, *ab eo*, & tandem ἐπ'
ὄρη αὐτοῦ *super montem ejus*; quæ omnia cla-
re indicant personam loquentem hic in passi-
vo sensu loqui, quare fatendum est, LXX.
interpretes hic, etsi non in re ipsa, in con-
structione ac prosopopoeia tamen differre.
Quæque discrepantia proculdubio orta est,
quod יתבסס legerint Græci ac si cum pun-
ctis præteriti Niphal, id est, in passivo, esset,
uti sic Messias loquitur *Prov. VIII, 23. יתבסס
ordinatus, vel unctus sum.* Literæ seu conso-
nantes quidem hic non differunt; sed tan-
tum puncta vocalia: idcirco legit interpres
Græcus Psalmorum fortean volumen seu
exemplar, hebræum non punctatum, unde
sic

fic ex non punctato verbo נִסְכַּתִּי facile legere potuit נִסְכַּתִּי in præf. passivo, *unctus* vel *constitutus sum*, pro נִסְכַּתִּי in præf. activo *unxi* vel *constitui*.

Unde, uti & ex aliis variantibus lectionibus circa punctationes, quidam viri docti concludunt, puncta vocalia non semper adfuisse literis seu consonantibus, sed postea excogitata, inventa, ac addita esse. Sed hæc conclusio non procedit, quia tales variantes lectiones non tantum circa puncta vocalia; verum etiam circa ipsas literas seu consonantes occurrunt. Ex. gr. Mich. V, 4. in Hebræo textu legitur נִסְכַּתִּי אֲדָם, *constituti* vel *ordinati*, vel ut Symmachus ibi habet, *χριστοὶ ἀνθρώπων*, *uncti hominum*. At ibi legunt LXX. interpretes δὴγματὰ ἀνθρώπων, *morsus hominum*, ubi procul dubio non respexerunt ad verbum נִסְכַּתִּי *unxit*; sed ad נִסְכַּתִּי *memordit*. Sic Ps. XXII, 2. in hebræo textu legitur, רִחֹק מִשְׁוֹעָתִי שְׂאֵנֹתַי דְּבַרִּי שְׂאֵנֹתַי *procul a salute mea (sunt) verba rugitus mei*; at LXX. ibi legunt μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν παρρησιῶν μου, i. e. *longe a salute mea verba delictorum meorum*: ubi pro שְׂאֵנֹתַי a rad. שָׂאן *rugit, clamavit fortiter*, forte legerunt שְׂאֵנֹתַי *erroris mei*, a rad. שָׂאן *erravit*, ut St. Morinus *judicat exercit. 3. de ling. prim. cap. 8. pag. m. 389.* & non a rad. שָׂאן, ut Bythnerus *perperam scribit in Lyræ prophetica pag. 237. edit. Tiguri 1660. nam שָׂאן non notat errare, sed crescere.*

Vel

Vel potius legerunt $\text{וי} \text{ו} \text{א} \text{ש} \text{א} \text{ש}$ *errores mei*,
 nam $\text{א} \text{ש}$ est *error*, a rad. $\text{א} \text{ש}$ *erravit*. Unde
 & $\text{א} \text{ש}$ *error suus*. Quicquid sit, hæc Le-
 ctio seu versio τῶν παρρησιῶν μου , non
 potuit provenire ex sola variatione puncto-
 rum, seu Lectione punctorum diversa. Et
 sic in ipso hoc loco LXX. pro $\text{ש} \text{ק} \text{ד}$ *sancti-*
tatis mee, legerunt $\text{ש} \text{ק} \text{ד}$ *sanctitatis sua*, vel *ejus*,
 cum vertunt $\text{ד} \text{א} \text{י} \text{ז} \text{ו} \text{ן} \text{ע} \text{ר} \text{ג} \text{ו} \text{ן} \text{ר} \text{ע} \text{ו} \text{ן}$ *tè áγιον αὐτοῦ*,
supr mentem sanctitatis ejus. Imo cum adhuc
 dicant $\text{י} \text{ג} \text{ו} \text{ד} \text{ע} \text{ו} \text{ל} \text{מ} \text{ל} \text{כ} \text{ו} \text{ך} \text{א} \text{ב} \text{ע} \text{ו} \text{ל} \text{מ} \text{ל} \text{כ} \text{ו} \text{ך}$ *ἐγὼ δὲ κατεσάδην βασιλεὺς ἐπ' αὐτοῦ*,
ego constitutus sum rex ab eo, illud *ἐπ' αὐτοῦ*, ex
 variatione punctorum plane non potuit pro-
 venire. Et sic plura exempla suis locis an-
 notabimus. Quod jam ad puncta vocalia
 attinet, an illa sint coæva literis seu conso-
 nantibus, de eare alibi dicam. Certum est, nul-
 lam linguam posse legi, aut nullas conso-
 nantes posse pronunciarī absque vocalibus,
 unde ex omnium Rabbīnorum antiquissimo
 libro $\text{ב} \text{ה} \text{ר}$, *babir*, cujus auctor dicitur $\text{ר} \text{ב} \text{י}$
Nehonia ben Hakka-
na, quique σύνχρον fuit Jonathani Para-
 phrastæ, annis triginta aut quadraginta ante
 Christum, cujusque frequens fit mentio in
 Talmud, ut Buxtorf. annotat *de abbreviat. p. m.*
 278. hæc verba producantur, $\text{נ} \text{מ} \text{ש} \text{ל} \text{ו} \text{ה} \text{א} \text{ו} \text{ת} \text{ו} \text{ת} \text{ו} \text{ת}$,
 $\text{ל} \text{ג} \text{ו} \text{ף} \text{ו} \text{ה} \text{נ} \text{ק} \text{ו} \text{ד} \text{ה} \text{ל} \text{נ} \text{ש} \text{מ} \text{ר} \text{ה}$: *כי הנקודות מניעות*
 $\text{ה} \text{א} \text{ו} \text{ת} \text{ו} \text{ת} \text{ו} \text{ת} \text{נ} \text{מ} \text{ו} \text{ש} \text{ה} \text{נ} \text{ש} \text{מ} \text{ר} \text{ה} \text{מ} \text{נ} \text{י} \text{ע} \text{ה} \text{א} \text{ת} \text{ה} \text{נ} \text{ו} \text{ף}$:
i. e. assimilantur Literæ corpori, & puncta anime:
puncta enim movent literas, sicut anima movet
corpus.

corpus. Uti & יושיע i. e. R. Schimeon ben Jo-
chai, qui circa annum Christi 120. vixit, in
libro Zohar dicebat, *non est literis potestas in-
clinandi in hanc vel illam partem absque punctis.*
*Literæ omnes sunt ut corpus sine anima: cum
adveniant puncta, tunc constituitur corpus in sua
statione.* Vide Josephum Cooper de fundamen-
to punctationis cap. 5. Ergo puncta vocalia
multis annis ante inchoatum Talmud fue-
runt nota. Et licet credibile imo satis cer-
tum sit, puncta vocalia nota fuisse tempore
Græcorum Vet. Test. interpretum, tamen le-
gere potuerunt hi interpretes, ut periti lin-
guæ Hebrææ, aliquando volumina non pun-
ctata, unde fortean quoque variæ lectiones
ac versiones ortæ sunt. Verum an puncta-
tio hodierna eadem sit, quæ olim obtinuit,
non defendo. Sed pergo jam

Quando igitur Deus Pater dicit, *Ego inun-
xi, vel constitui, vel unguendo inauguravi, regem
meum,* satis clare indicat, auctoritatem, ac
stabilimen regni uncti sui, nullis hostium
minis ac viribus frangendum. Quare Me-
lanchthon recte dicebat, *in hoc versu affirmat
Deus, certe se missurum Messiam, & discrete in-
quit, ego inungo: ut sciamus non humanis viri-
bus, sed mirabili modo divinitus, constituendum
esse hoc regnum.* Melanchth. in b. l. seu oper. tom.
2. pag. m. 550.

Aliud argumentum stabilitatis regni Mes-
siæ sumitur à loco hostibus Domini ac uncti
ejus

eius inaccessio, cum Pater dicit, *anxi regem*
 קדש - לז - ציון ה - קדש *super Tzion montem sancti-*
tatis mea. Quoniam saepius & jam in psal-
 mis, & deinde in Prophetarum libris percur-
 rendis, mentio fiet de Zione. Lubet hic quæ-
 dam præfari de nomine, ac situ montis Zio-
 nis, & quomodo habitaculum Domini erat
 in Zione, cum Templum in Moria conditum
 erat. Hebræum nomen ציון, quidam Lati-
 nis literis scribunt *Sion*, alii *Zion*, Coccejus
 aliquando *Sion*, aliquando etiam *Sijon*. Hil-
 lerus in onomastico pag. 953. scribit *Tzizon*,
 Forte optima scriptio esset, *Tzion*, quia צ valet
 ut Tz, secundum Buxtorfium, J. Altingium,
 ac alios: vel *Tsion*, quia צ secundum Schind-
 lerum, Sixt. Amama, Martinium ac alios va-
 let, ut Ts. Et quia Ts apud Latinos est Z, scri-
 bi posset *Zion*. Sed nolo hisce minutiis in-
 hære. Si modo distinguatur inter tripli-
 cem *Sion*; ut 1) ציון *Tzion*, Græcis Σιών,
mons urbis Hierusalem, ut Hieronimus ait, *de*
Locis Hebraicis. 2) ציון *Sion*, Græcis Σηών,
 alias dictus *mons Sion, Hermon. Deut. IV, 48. 3)*
 ציון *Schion*, apud LXX, Σιωά *Josue XIX, 19.*
 apud Eusebium Σηών, Hieronimo *Seon*, seu
Soen in tribu Issaschar juxta montem Tabor.
 Vide *Onomastic. Urb. & Locor. Eusebii cum notis*
Bonfrerii. edit. Amstel. 1707.

In significatione ac derivatione differunt
 quoque Viri Docti, nam Schindlerus sabra-
 dice ציון vel ציון ovis ponit ציון *speculatus est;*
 Class. II. Fasc. II, S &

& deinde זיו , de quo dicit, quod sit mons seu locus excelsus, qui procul videbatur, unde allegat *Jer. IV, 7. elevate signum in Zion, vel in turri Zion, ut videant illud procul, & in urbem fugiant.* Hinc Hieronimus in locis Hebraicis sæpius dicit, quod *Sion sit specula,* & in Comment. ad hunc locum ait, quod *Sion interpretetur specula vitæ.* Hinc alii per זיו vel זיון *Sion* explicant, i. e. *signum,* seu monumentum sepulchrorum & viarum, qualia monumenta antiquis dicebantur *Hermæ,* Mercurii statuae, Lapideæ quadratæ figura cubica, sine manibus pedibusque, unde Juvenalis dixit *truncum Hermam, sat. 8. v. 53.* Athenis tales Hermas in vicis ad januas ædium ponebant, uti & in gymnasio ac Xystis, unde Hermes Ciceroni dicitur *commune omnium gymnasiarum in signe lib. 1. ep. 4. ad Attic.* Alludit ad hanc derivationem seu significationem Adrichomius, quando Sionem describit ut montem cæteris montibus excelso-rem ac veluti speculam in eminenti, solida ac prærupta undique rupe divinitus fundatum, *in Theatro terræ Sanct. pag. m. 149.* Et sic Zion seu vera Ecclesia, quæ urbs in monte dicitur, tum consideratur ut specula vitæ, seu signum & Divina Herma viatoribus spiritualibus ad cælum tendentibus, quibus tum verbum Dei in Ecclesia $\epsilon\gamma\mu\eta\nu\epsilon\upsilon\omicron\mu\epsilon\lambda\omicron\nu$ est quasi $\epsilon\gamma\mu\eta\varsigma$ Mercurius interpres, seu pharus, ac Lampas & Lucerna præluens,

Pf. CXIX, 105. Et quia in verbo Dei extant mandata Domini, hinc *Sion* Hieronimus quoque interpretatur *mandatum*, quod tum est a verbo מִצְוָה *mandavit, precepit, iussit*, Imo addit Hieronimus, quod *Sion* quoque fit *Inviu*, de nominibus hebraicis. oper. tom. 4. Hinc Buxtorfius & alii dicunt, quod צִיּוֹן. *Tzion* sit quasi *Locus aridus*, Jes. XXV, 5. nomen habens a siccitate loci, a rad. יָבֵשׁ *siccus vel aridus locus* Pf. CV, 41. Unde יָבֵשׁ *navis*, pl. יָבֵשׁוֹת, *naves & loca arida*, ac *feri, barbari, desertorum locorum incolæ, feraque animalia* sic dicuntur, Pf. LXXII, 9. Jes. XIII, 21. Verum hæc significatio non bene applicatur Ecclesiæ Dei, nisi quod sit locus *invius & inaccessus impiis seu hostibus ecclesiæ Christi*.

De situ hujus montis differunt quoque Χωρογεωγραφοί, nam Ligtfoot in *descript. templi* oper. tom. 1. pag. 553. dicit, quod *Sion* mons situs est *ad septentrionem*. Hunc sequitur Hillerus, Professor in academia Tubingensi, in *onomastico* suo pag. 938. & 953. ubi *Tzion* ad partem urbis Hierosolymorum aquilonarem collocat. Confirmant porro hanc sententiam Henricus Otho in *Lexico Rabbin.* pag. 606. uti & Christ. Cellarius in *notit. orbis antiq.* tom. 2. lib. 3. cap. 13. Ex Josepho, AbenEsra, ac ex Psalmo XLVIII, 2. sed neque Josephus hoc dixit, neque hoc patet ex allegato loco, uti in observationibus nostris ad Psalm. XLVIII, 3. dicemus, videatur interim Reland, in *an-*

tiq. Hebr. part. 1. cap. 2. §. 5. Schindlerus re-
 Etius in *Lexico Pentaglotto* col. 1533. dicit, quod
 Zion erat Mons Jerosolymæ proximus versus
 Meridiem. Hoc defendit Reland in suis *an-*
tiq. Hebr. part. 1. cap. 2. §. 5. ubi Zionem ad
 Austrum, & Acram ad Boream locat, ex de-
 scriptione murorum apud Josephum *lib. 6.*
cap. 6. de bell. Jud. uti & ex historia obsidionis
 ultimæ, apud Josephum *lib. 6. cap. 8. de bello*
Jud. ubi Romani urbem invadentes, ac per-
 rupto muro, redactaque in potestatem suam
 urbis regione septentrionali, necdum tamen
 Zione potiti fuisse dicuntur. Et sic Adricho-
 mius in *Theatro terre sanctæ*, pag. 149. montem
 Sionem describit cæteris montibus altio-
 rem, in prolixitate directiorem, in modum thea-
 tri forma semicirculi urbem toto australi tra-
 ctu ambientem, habentem planitiem instar
 oppidi. Sic Bonfrerius in notis ad *Onomasti-*
cum Eusebii pag. 145. quoque dicit, *fuit hic*
mons Zion in Australi plaga urbis Jerusalem, sic
fere ut ad septentrionem & orientem perpetuus esset
descensus.

Hic mons sanctus dicitur, nam *הר קדש*
mons sanctitatis meæ, est mons, meus sanctus, quia
 posterius substantivum apud Hebræos sæpe
 est loco adjectivi, & pronomen affixum tum
 pertinet ad prius nomen, ut Glassius exem-
 plis probat in *philolog. sacra. lib. 3. tr. 1. can. 8.*
pag. m. 568. edit. Lips. 1705. Et sanctus diceba-
 tur hic mons non tantum quia ibi in vertice
 istius

istius montis erat illa antiqua & munita arx Sion, quæ pulsis Jebusæis, in potestatem Davidis devenit ; verum quia templum quoque in hoc monte ex parte structum erat : proprie quidem templum structum erat in monte Moria, ubi 2. Chron. 3, 1. expresse dicitur, *Et cepit Salomon edificare domum Domini in Jerusalem, in monte Moria, qui demonstratus fuerat Davidi patri ejus, in loco quem paraverat David in area Ornanis Jebusæi.* Quem locum Chaldaeus Paraphrastes editus cum notis Beckii, Chald. & Lat. Ao. 1683, ita paraphrastice reddit, *cepit itaque Salomo edificare* מִקְדָּשׁ דִּי סַנְכְּוָרִיָּה *Sanctuarium Domini in Hierosolymis בְּהַר מוֹרְיָה in monte Moria, in loco, ubi coluit & adoravit Abraham nomen Domini, iste locus est terra cultus, ubi coluerunt Jehovam omnes generationes, ibi quoque oblaturus erat Abraham Isaacum, filium suum, in holocaustum, liberavit vero eum verbum Domini, & constitutus est aries loco ejus : ibi oravit Jacob cum ausuere ab Esau, fratre suo ibi denique apparuit* מַלְאָכֵי דִּי אַנְגֵּלֵי דִּי דָוִד *Angelus Domini Davidi, tempore quo disposuit sacrificium in loco, quem emit ab Ornane, in horreo Ornanis, Jebusæi.*

Hinc Lutherus in Glossa marginali ad Gen. XXII, 2. ita scripsit: *Morza beth Gades fruchte, reverentia Dei, cultus Dei: wente de Oltvèder, Adam, Noha, Sem, hebben up dem sulven berge Godt geëret, gefruchtet ande em gedenet. Wy Dudeschers beten ydt velichte den billigen berch. edder dar men Godt denet, mit lavendé, bedende, unde danckende.*

Licet ergo verum fit, quod templum proprie ædificatum fuerit in monte Moria, orientali civitatis muro prope adjacente, ut Adrichomius scribit *lib. cit. pag. m. 155.* quare etiam *mons templi* vocatur, tamen idem templum quoque in monte Zionæ structum fuisse dicitur, quia Moria erat pars Zionis, cui ponte & xysto juncta fuit, & murus ipse Zionis usque ad porticum templi occidentalem protendebatur, uti & apud Adrichomium quoque in delineata figura Urbis ac Templi clare ante oculos demonstratur *in Theatro ante pag. 145.* unde etiam Schindlerus ait, quod Templum ædificatum erat in latere montis Zionis Aquilonari: quia Moria seu ea pars montis Zionis, in qua templum erat structum, respectu Zionis ad septentrionem erat.

Errat igitur Celeberrimus J. Altingius, quando in *Comment. theor. præct. ad b. l. oper. tom. 2. part. 3. pag. 3.* Zionem partem montis Morie appellat, cum Moria erat pars montis Zionis: unde & Adrichomius montes Acram, & Moriam inter partes Sionis describit, in *Theatro terra sanctæ pag. 152. & 155.*

Vide porro de significatione montis מריה, Moria, Nicol. Fulleri Miscellanea sacra *lib. 2. cap. 14.* Ubi nomen מריה derivat ex nomine divino יה, quod contractum putat ex יהוה, (licet nos cum Cel. Andala derivemus ut nomen integrum a יהוה, *docet, Jer. X, 7.* ad indicandum Dei decentiam, *Andala Theolog. super-*

supernat. part. 2. cap. 2.) & ex participio Hophal
 seu passivo, מראר conspicuus, seu videndus, a
 ראר vidit: quasi esset Θεωρωθεὶς Θεός, vel
 Κ'ε'ε', Deus aut Dominus conspicuus factus,
 quia Deus in carne manifestandus ibi in illo
 monte conspicuus fieret, & in tractu monta-
 no regionis Moria, imo in ipso monte Mo-
 ria, in cruce offerendus esset. Alii tamen a-
 mant nomen montis Moria deducere a ה'י
 Jah, & מורא seu מורה, reverentia, a rad. אר'י
 timuit, reveritus est. Vertuntque etiam
 ארץ המרה, terram Doctoris Domini, vel terram
 Domini Doctoris mei, in qua nempe degebat Sem,
 seu Melchisedek, magnus Doctor viarum Domini, &
 terram quam Dominus ejus Doctor designaverat
 ipsi in predictione patris Noachi. Uti sic Lig-
 foot judicat in *descript. Templi, cap. 1. oper. tom.*
1. pag. 553. Sed tum derivari debet a rad.
 רר' jecit, in Hiph. הררה Docuit, instituit. Un-
 de Paulus Fagius annotat: in *notis ad Targum*
Onkelosi, Genes. XXII, 2. quod quidam Hebraei
 quoque derivarunt, dicentes, quod inde egres-
 sura esset doctrina pro Israel, juxta illud Prophe-
 ticum, de Zione exibit Lex, & verbum Domini de
 Hierusalem. Uti & R. Chaninah dicebat,
 quod inde prodiret timor nationibus mundi, no-
 tante Othone in *Lexico Rabbinico pag. 381.*
 LXX. interpretes forte respexerunt ad ver-
 bum ראר videre, quando vertunt εἰς τὴν γῆν
 ὑψηλήν, in terram excelsam, quasi is locus deno-
 minatus sit ab eminentia, qua procul cerni

potuit. Aquila transtulit τὴν καταφάνη Lucidam, & Symmachus τῆς ὀψιασίας, visionis. Hieronymus interpretatur, illuminans & Lucens, quia ibi est Dabir, i. e. oraculum Dei, in quest. Hebr. in gen. oper. tom. 3. pag. 216. Verum nos eorum potius amplectimur sententiam, qui a דָּבִיר *timuit*, derivant, & sic מוֹרִיָּה, *Moria* compositum dicunt ex integro nomine Dei proprio יָהּ *Jah*, & מוֹרָא vel מוֹרָה, (nam per א & ה scribitur) *Morab*, reverentia, adeo ut מוֹרִיָּה sit *reverentia Domini*, quomodo Lutherus quoque interpretatus est in allegata Glossa marginali ad Gen. XXII, 2. Eodem fere modo uti nomen הוֹדִיָּה *Hodijab*. Neb. IX, 5. proculdubio derivatur ex יָהּ *Jah*, & הוֹדָה *hodah*. Et licet in composita voce מוֹרִיָּה non sit מַפִּיקָה *mappikatum*, uti in nomine יָהּ nil tamen difficultatis infert, quia in compositis illud punctum *Mappik* non raro omittitur, ut in יְהוִיָּה *Efra X, 15*. יְיָ *1. Chron. IV, 37*. יְיָ *1. Chron. III, 16*. יְיָ *2. Chron. XXVI, 3*. יְיָ *1. Chron. II, 41*. יְיָ *2. Chron. XIV, 29*. & in multis aliis videre est. Alii scrupuli, quos Hillerus ac Goussenius contra hanc derivationem moverunt, nullius sunt ponderis, idcirco iis supersedeo. Ad hanc derivationem respexit quoque Chaldaeus Paraphrastes Onkelos, cum vertit, & vade in terram פֹּלְחָנִי *cultus Divini*, a פֹּלַח *servire, colere*. Gen. XXII, 2. Ubi Paulus Fagius annotat, omnes Hebræos in eo convenire, quod

quod locus iste sit is, in quo Cain, Habel, Noach & reliqui Domino sacrificia obtulerint, & in quo postea templum exstructum fuit a Salomone. *Fagii not. ad Targum Onkelosi. edit. 1546.* Male ergo nobis refert Seb. Munsterus, quando in *comment. ad Gen. XXII, 2.* dicit, *Onkelosum putasse, montem illum sic dictum, a מרר i. e. Myrrha, quasi מרר ארץ esset terra myrrhea, & de hoc monte Cantic. 4. diceretur, ibo ad montem myrrhe, ad collem thuris.* Cum Onkelos e contrario vertit, *vade in terram מולחנא cultus, seu ministerii, uti dictum est.* Vide quoque varias derivationes hujus montis Moria apud Dietericum in *antiq. Biblic. ad I. Reg. VIII, 13. pag. 362.* Ubi doctus iste Vir etiam perperam montem Zionem inter Colles montis Moria locat, ac allegat, quomodo Hieronimus Presbyter scribit, *se a Senioribus Judaeorum certissime cognovisse, quod ibi immolatus sit Isaac, ubi postea cruci affixus sit Christus.* Et quia pro rato habetur, Isaacum in monte Moria esse immolatum, vel vinctum, liberatum, ac arietem ejus loco oblatum, & in monte Moria templum esse structum, quaeritur, quomodo haec concilianda sunt, quoniam mons Moria, in quo Isaac erat immolandus & in quo Christus postea cruci affixus est, erat extra urbem Hierusalem, & mons Moria, in quo templum stetit, erat intra urbis moenia: ad hunc modum solvendum, Dietericus dicit, *Montem Moriam fuisse in plures colles & mon-*

riculos divisum, inque ejus parte orientali Sion, in qua arx David erat extructa, juxta quam Salomon templum edificare cepit, fuisse, aliam autem ipsius partem extra urbem mansisse, eamque postea Calvarie seu Golgatha audivisse. Fortean Dietericus hæc hausit ex Corn. a Lapide, qui ita quoque scribebat, alia pars Moria extra urbem Jerusalem mansit, posteaque dicta est mons Calvarie, in quo tam Isaac quam Christum per Isaac significatum, immolatum esse docet S. Hieronimus: & S. Augustinus lib. 16. civit. cap. 31, ubi sic ait, Hieronimus presbyter scripsit, se certissime a senioribus Judæorum cognovisse, quod ibi immolatus sit Isaac, & Adam sepultus, ubi postea Christus est crucifixus. Proh Deum! quam multa hic dicuntur, quæ probari non possunt. Nam quæ a Lapide hic ex Augustino allegat, non reperiuntur ibi. Loquitur quidem Augustinus de civit. Dei lib. 16. cap. 32. de Isaaci immolatione, quem cum Christo confert; at ibi ne yev quidem legitur de iis, quæ Jesuita hic de Hieronimo allegat. Invenio tamen verba allegata Augustini, sed paulo aliter in Commentariis Augustini ex omnibus ejus lucubrationibus in ordinem collectis per Joannem Gastium, Brisacensem, ac in lucem editis Basil. 1542. nempe ad Genes. XXII. pag. m. 135. hæc leguntur verba, allegata ex Augustini lib. serm. de temp. serm. 71. tom. 10. Audite aliud sacramentum fratres clarissimi, Hieronimus Presbyter scripsit ab antiquis

quis & senioribus Judais se certissime cognovisse,
 quod ibi immolatus sit Isaac, ubi postea Christus cru-
 cifixus est. Denique ab eo Loco unde beatus A-
 braham jussus est proficisci, tertio die, ad Locum
 ubi Christus crucifixus est pervenitur. Etiam
 hoc antiquorum relatione refertur, quod & Adam
 primus homo in ipso loco ubi crux fixa est, fu-
 erit aliquando sepultus, & ideo Calvaria lo-
 cum dictum esse, quia Caput generis hu-
 mani ibi dicitur esse sepultum. Et vere Ira-
 tres non incongrue creditur, quia ibi erectus sit
 medicus, ubi jacebat egrotus. Et dignum eum
 ut ubi occiderat humana superbia, ibi se inclinaret
 divina misericordia. Ecce hic Augustini verba
 a Jesuita a Lapide non bona fide nec recte al-
 legata, nam non dicit Augustinus hic, Hie-
 ronimum scripsisse, Adamum ibi esse sepultum
 ubi postea Christus est crucifixus; sed expresse di-
 cit Augustinus, quod hoc ex relatione antiquo-
 rum refertur. Credat ergo hoc Augustinus,
 uti multi Patres hoc credidere, Hieronimus
 tamen hoc non credidit. neque Augustinus
 hic dicit, Hieronimum hoc credidisse, ut Je-
 suita a Lapide false retulit: Hoc tantum Au-
 gustinus de Hieronymo narrat, ipsum intel-
 lexisse, locum Isaaci immolationis & Christi
 crucifixionis esse eundem; at Adamum ibi
 sepultum esse, ex antiquorum relatione refert.
 Deinde Hieronimum putasse, Adamum ibi
 sepultum esse, ubi Christus est crucifixus,
 quoque falsum est, quia Hieronimus e con-
 trario

trario ita in *Comment. ad Matth. XXVII. oper. tom. 9. fol. 52. Edit. Basil. 1526.* scribit, si quispiam contendere voluerit, ideo ibi Dominum crucifixum, ut sanguis ipsius super Adæ tumulum distillaret, interrogemus eum, quare & alii latrones in eodem loco crucifixi sunt? Ex quo apparet Calvariam non sepulchrum primi hominis, sed locum significare decollatorum: Ut ubi abundavit peccatum, superabundaret gratia. Adam vero sepultum juxta Hebron & Arbee, in Jesu filii Nave volumine legimus. Et statim eodem folio iterum dicit, si Golgotha tumulus est Adam, & non damnatorum Locus; & ideo Dominus ibi crucifigitur, ut suscitetur Adam: Duo Latrones quare in loco isto eodem crucifiguntur? Cum Hieronimus dicit, quod Adam sepultus sit juxta Hebron & Arbee, prout in volumine Jesu filii Nave legimus, respexit forte ad *Ios. III, 16.* ubi mentio fit urbis □ *Adam*, quæ erat a latere Zarthan, quamvis non dicatur Adamum ibi sepultum esse. Licet Suicerus dicat, Hieronimum impulsam fuisse loco *Ios. XIV, 5.* in *Thesaur. eccles. tom. 1. col. 80.* Quicquid sit, licet multi Patres narraverint ac crediderint, Adami sepulchrum ibi fuisse, ubi Christus postea crucifixus est, ut Cheitomæus annotat in *græc. barbar. N. Test. ad vocem Golgotha*, & uti ipse apud Athanasium lego de passione Salvatoris, pag. m. 580. apud Origenem tract. 35. in *Mattheum, oper. tom. 2. pag. m. 228.* apud Theophylactum enarrat. in *Lucam, cap. 23. pag. m. 140.* apud

apud Cyprianum *serm. de resurrect. Christi pag. m. 469.* apud Chrysoftomum *homil. 73. in Iohan.* & tandem apud Epiphanium *heres. 46. contr. Tatian. pag. m. 177.* qui omnes fere in eadem sunt sententia, collem, seu montem Golgotha dictum esse *Calvariam*, quia Adamus, caput generis humani, ibi sepultus, vel ipse *קֶגְוִיֹּב* ibi inventum esset. At Hieronimus iudicabat illum dictum *Golgotha*, quia locus *decollatorum* aut *damnatorum* erat, ubi multa erant *גולגלות* *gulgeloth*, seu *crania* decollatorum hominum.

Verum enim vero collem seu monticulum *Golgotha* fuisse unum ex collibus Montis *Moria*, ut Dietericus in allegato loco iudicat, vel ipsum montem *Moria*, ut alii putant, vel unum ex Montibus terræ *Moria*, in quo Isaacus immolandus erat, & in quo Christus postea cruci affixus est, ut varii viri Theologi sentiunt, adhuc non video: quia collis *Golgotha* ad occasum fuit, uti *Cel. Reland* annotat, in *antiq. Hebr. part. I. cap. 2. §. 12.* vel inter occidentem & septentrionem, ut *Adrichomius* refert, in *Theatro terre Sanct. pag. m. 175.* & *Moria*, in qua templum extructum fuit, sita erat ad orientem urbis, ut diximus.

Adde, quod textus sacer non dicit, Isaacum immolandum esse in monte *Moria*, sed in uno montium regionis *Moria*, ita enim Deus expresse dicebat Abrahamo, *tolle nunc filium tuum, unicum tuum, quem diligis, nempe Isaacum, &*

vade

vade אל-ארץ המרידה ad terram Moria, offeresque cum ibi in holocaustum, על-אהר ההרים, super unum illorum montium, quem dixero tibi. Gen. XXII, 2. Fortean unus montium regionis Moria dictus est quoque Moria, quia montis Moria mentio fit 2. Chron. III, 1. ubi dicitur, quod Templum in monte Moria extructum sit; at quis nobis certo dicet, montem, in quo Isaacus immolandus erat, fuisse Montem Moriam, in quo templum postea extructum sit, cum Sacer textus hoc tacet, qui tantum unum montium regionis Moria appellat. Quis porro nobis etiam invictissimo argumento demonstrabit, montem, in quo Isaacus immolandus erat, esse collem vel montem Golgotha, in quo Christus est crucifixus? Concluditur hoc quidem verosimiliter ex Genes. XXII, 5. ubi dicit Abraham filio suo, אלהים יראה לנו השם לעלה בני *Deus providebit sibi pecus in holocaustum mi fili.* Et ex vs. 14. יראה יהוה בהר יהוה *in monte Domini providebitur, vel prospicietur,* quasi sensus esset, in monte Domini suo tempore prospicietur vel procurabitur victima piacularis, scil. Christus, qui ut aries Loco Isaaci oblatus est, sic nostro loco in monte Golgotha ut vera victima piacularis cruci affixus est, quali piæ cogitationi animum obvertere nolo, quia Deus Pater Christo corpus aptavit, ipsumque electorum Loco in monte Golgotha proposuit, ut esset *ἱλαστήριον, i. e. victima propitiatoria, seu placamen.*

mentem, ac ἰλασμός ἐστὶ τῶν ἀμαρτιῶν ἡμῶν,
Hebr. X, 5. Rom. III, 25. 1 Job. 11, 2. Tamen in-
 de concludi non potest Montem Golgotha
 fuisse montem Moria, aut Zionem fuisse par-
 tem montis Moria, multo minus inde con-
 cludi potest Montem Moriam tempore A-
 brahami fuisse dictum *montem Domini*, quia
 textus sacer non dicit, cui monti regionis
 Moria aries iste Loco Isaaci sit immolatus;
 ergo plane ὡς αἰετὸς δέρον, καὶ ὡς αἰδήλως πυκ-
 τεύει. B. de Spinoza, quando in tract. theol. polit.
cap. 8. pag. m. 131. armis suis impiis ac vesanis,
 quæ ab Aben Ezra mutua sumfit, ita contra
 Mosen, verum Auctorem Pentateuchi, insur-
 git, Quinto notat (*Aben Ezra*) quod *Genes. XXII,*
14. vocetur mons Moria, mons Dei, quod quidem
 nomen non habuit, nisi postquam ædificationi Tem-
 pli dicatus fuit; at hæc montis electio nondum
 erat tempore Mosis facta; Moses enim nullum lo-
 cum a Deo electum indicat, sed contra prædicte
 Deum Locum aliquem olim electurum, cui nomen
 Dei imponetur. Insana argumentatio: unde
 Atheus certo scit, montem Moriam *Gen.*
XXII, 14. vocatum esse *montem Dei!* cum in
 illo allegato loco ne γὰρ quidem de monte
 Moria legitur, nec in toto capite *Gen. XXII.*
 ulla fit mentio *montis Moria.* Et quid? si Mo-
 ses montem Moriam vocasset *montem Dei,* an
 inde sequeretur, Mosen non potuisse aucto-
 rem Pentateuchi esse? certe debilis ac manca se-
 quela, cujus stoliditas unicuique satis apparet.
 Cum

Cum igitur mons Zion non erat pars montis Moria, sed Moria pars aut collis Zionis, & templum, a Salomone in monte Moria extractum, per consequens quoque in Zione, cujus pars Moria erat, extractum erat, rationem hinc videmus, quare mons Zion hoc loco & alibi sæpius in sacris voluminibus dicitur *mons Sanctus Domini*, quia Deus Zionem montem elegerat ac appetiverat in habitationem sibi, Psal. CXXXII, 13. idcirco mons Zion erat *גאון כל הארץ* gaudium totius terræ, Ps. XLVIII, 3. ubi Deus dicebatur habitare Ps. IX, 12. canite Iehova, qui habitat Zione, sic Ps. LXXIV, 2. memento cætus tui, montis Zionis, in quo habitasti, sic Ioel. III, 17. & cognoscetis, quod ego Iehova Deus vester habitem in Zione monte sancto meo. Hinc canit facer Psaltes, cognoscitur in Iuda Deus, in Israele est magnum nomen eius & extitit in Salem tugurium eius, *ומוענותו ובציון* & habitaculum eius in Zione Ps. LXXVI, 3. Ibi in Zione regebat Deus, Jes. XXIV, 23. ibi adorabunt Israelitæ Dominum, ibi in sancto monte in urbe Jerusalem adorabant Iehovam, Ies. XXVII, 13. Ibi enim erat Locus sacrarii ac cultus divini, quare Deus ipse dicebat, Ezech. XX, 40. in monte sancto meo, in monte celestatis Israel, ibi colent me omnis Domus Israel universa in terra, ibi acceptos illos habebō, & ibi requiram oblationes vestras, & primitias ferculorum vestrorum, cum omnibus sacris vestris. Ibi in Zione sedebat Iehova essulgens inter Cherubim.

rabinos, exhibatque potentiam ejus coram Ephraim & Benjamin & Manasse, quibus semper auxilio erat. Ps. LXXX, 2. 3. Ibi porro in Zione germinare faciebat Davidi cornu, unctoque suo parabat Lucernam, Ps. CXXXII, 17. In Zione stabiliverat Davidis thronum, & ex loco illo sancto terribilis apparebat omnibus suis hostibus. Hæc omnia de proprio monte Zione verissima erant, & quando Dominus hic jam dicit, *unxi regem meum super Zionem montem meum sanctum* typice quoque hoc verum erat, quatenus Unctus ille Jehovæ, i. e. Messias solus erat constitutus Dux exercitus Dei, qui legem dederat suo populo Israël, qui populum duxerat in omnibus viis suis, & qui in nube super arcam fœderis præsentiam suam, licet obvelatam velamentis ceremonialibus, ostendebat.

At vero uti Sion aliquando notat ipsum montem, aliquando arcem in monte, aliquando totam civitatem, & ecclesiam ibi ad colendum DEUM congregari solitam: sic hoc loco jam Sion significat spiritualem Sionem, seu Ecclesiam, quam elegit Deus Pater ab æterno, quam dilexit, in qua cupit habitare, ac requiem suam habere in æternum. Hæc Ecclesia est *Sancta*, seu spiritualis mons *sanctitatis suæ*, quia expiavit peccata ipsius piaculari victima filii sui, qui redemit eam *ἀίμα* sui sanguinis, ac lustravit *ἀίμα* salutari spiritus sui Sancti.

eamque sibi ipsi purgavit λαὸν ἑθιούστων,
 ἑθλιωτὴν καλῶν ἔργων. *populum peculiarem, studio-*
sium bonorum operum, Tit. II, 14.

Super hunc spiritualement montem Zionem
 unxit Deus Pater Filium suum, id est, consti-
 tuit eum Regem, ut in Ecclesia sua regnet,
 eamque defendat, ac protegat sceptro robo-
 ris sui. Perrhorrescite, ac trepidate ergo
 omnes hostes feri ac truces, abstinete sacrile-
 gas manus ab æde sacra Domini, nam sacer
 est hic locus ac ἁγίον, qui violari non de-
 bet, quoniam Unctus Jehovæ hic habitat, ac
 regnat, quique vos omnes virga sua ferrea
 confringet tanquam vas fictile: Nam Do-
 minus est in Zione, ejusque Rex semper in ea,
Jer. VIII, 19. pro Zione zelabit Dominus Ze-
 lum magnum, ac fervore magno effervesce-
 in omnes gentes, quæ perdere conantur
 Zionem, ex quo sacro monte emittet sui ro-
 boris sceptrum, quo suum populum tuebitur,
 vosque omnes profligabit: ne intretis ergo
 portas populi Mesfiz, cum copiis violentis,
 ne stetis ad compita ad excindendum effu-
 gientes; nam in monte Zione erit evasio, ibi-
 que ascendere faciet Jehova Salvantes ad ju-
 dicandum montem Esavi, & fiet Jehovæ Re-
 gnum. Tandem addo Apollinarium, qui
 hunc v. 6. sic expresit.

Αὐτὸς μὲν ἡγεμονία κατίστησεν τὸ Ἰερουσαλὴμ,
 ἡν ἔθηκεν ἐν ὄρει Σιών ἡ ἁγία μεγαλίζων.

Ipse me ducem constituit accedens,

Sancto in monte Sionis ejus magnificans.

Ubi Apollinarius unctum Domini introducens loquentem, quomodo Deus Pater ipsum *ἡγεμονῆα κατέστησεν Ducem constituit, ἐν εὐαγγέλιῳ ὁρεῖ ἐπὶ Σιών* in suo sancto monte Zionis, addens adhuc *μεγαλίζων, magnificans,* vel magnifice ipsum efferens in terrorem hostium suorum. Cum Apollinario concordat fere Arabica hujus versus versio, *constituit me Dominus regem pro se super Sion, &c.*

III.

JOH. GEORGI (a) ECCARDI,
Schediasma

De

Vocis (b) KIRCHE Origine.

KIRCHE, ecclesia, templum Christo sacrum. Lipsius hanc vocem a Circo Romanorum deduxit, & Calvörus nuper Ritualis Ecclesiastici Parte II. Sect. I. cap. T 2 Lab

(a) Vide Cl. I. fasc. 3. p. 325. sqq.

(b) Eopsedie, quo haec perelegans Cl. Eccardi diatribe in manus meas pervenit, tradita quoque mihi est Viri longe

I. ab Hebræo *Kircha*, calvitium, aut Syriaco *Kar-Kasto*, cranium, quasi *loca craniorum* sive *salvaria* diætæ fuerint Ecclesiz. Sed refutari non merentur hæc nullis fundamentis solidis

longe celebratissimi nominis JOH. DIECMANNI in-
 quistio in genuinos natales vocis Teutonicæ *KIR-
 CHE* qua eos non in Graecia, sed Germania consti-
 tuendos esse probatur. quæ eodem hoc tempore ty-
 pis exscripta est Stadæ 1718. 3. fol. in 4. Grati-
 mam sane curioso Lectori spectasulum esse oportet,
 videre, hanc *ετυμολογία* Virorum cum eruditissimo-
 rum, tum cum maxime in indagandis linguæ Theo-
 tiscæ incunabulis ab aliquo tempore occupatorum,
 eodem tempore, diversis tamen in locis, neque uno
 alterius laborum conscio, ad ejus vocis, quæ minime
 exigui est momenti, *ετυμολογία* perquirendum diverso ta-
 men plane instituto, animum adjungentem. Interea
 loci, præcipua ratio, qua ut a vulgata tritaque vocis
Kirche etymologia, per quam a voce *Κυριακή* vel *Κυ-
 ριακή* deducitur, discederet, impulsus est Venera-
 bilis Diecmannus, hæc est, quod nullam viam mon-
 strari posse putet, per quam a Graecis ea vox ad Ger-
 manos transferit; Fatetur quidem multas voces, ad
 res ecclesiasticas spectantes, Germanos debere Graeciae,
 sed e Graecia in Germaniam non alia via, quam per
 Latium, cui Germani sacra sua debeant, potuisse
 transferri, neque vocem Germanis in sacris usitatam,
 cujus natales Graeci sunt, quæ non prius a Latinis
 civitate donata sit, ostendi posse existimat. Hinc
 in alia sibi omnia eundem esse ratus, observat vocem
Kirche olim scriptam esse *chirihha*, atque ita com-
 poni ex syllaba *chi*, quæ quondam quam plurimis
 vocibus solebat præfigi & *riihha*, regnum; *Reich*;
 Mine

dis innixæ opiniones, cum major & melior eruditorum pars conveniat, vocem a *Κυριακός* vel *Κυριακή* derivandam. Ita enim Græci *templa* a *Κυριακή* sive *domino* nostro, *Jesu Christi*,

T 3

sto,

Hinc veteres Theotiscos Christianos speciale nomen *Cbiribba*, regno Christi, quod in credentes gerit proprium, formasse quo Ecclesiam Christi, in qua Christus regnat, insigniendam duxerint, statuit. Quam quidem sententiam insigni multivariæ doctrinæ adparatu, illustratam nos suo loco relinquentes, o seravimus tantum, a celeberrimo *Eccardo* præcipuam illam difficultatem, quam sibi *Cl. Diekmannus* objecerat, hoc schediasmate e medio sublatam esse videri, cum doceat, quomodo illa vox ad Germanosæ Græcia sine Latinorum ope per Scotos Hibernosque, e plagis Orientalibus, per quas itinera frequentissima faciebant, reduces commode potuerit transferri. Alias in libro *Bartholomæi Scheræi* rarius obvio, quo ex instituto vocum Germanicarum ecclesiasticarum origines ex aliis linguis investigantur, quique sub titulo *Συμπλήρωμα τῆς ἑλληνικῆς* sive, *geistliche/ weltliche/ und häusliche Sprachen: Schule/ Wittebergæ a. 1619.* in 4. excusus est, vox quoque *Kirche* derivatur a *Κυριακή*, (sc. ut addit, *ἀρχή*.) *Kyriake*, i. e. *Domus Domini*, uti & olim *Jacobus Patriarcha*, sanctum illum locum vocaverit *Bethel*, i. e. *Domum Domini*. Ceterum in eo cum *Diekmanno* hic Auctor quoque facit, quod vocem *Dom*, *Thumb* non, ut vulgo fit, quasi *Dominicam* dictam velit, sed a *Domo*; hac addita ratione; *Thumb* kommt von *Domus*, das ist/ ein Haus/ statemahl im *Thumb* nur statliche Häuser und Kirchen sind/ also daß ein *Thumb* wol heißen konte/ Hausreich/ oder ein klein Hauserreich/ darinnen die Bischöffe/ Aepste/ Clerici. Monachi und andere wohnen. *Miaus accurate! T. d. H.*

sto, post Constantini M. tempora vocarunt. Glossæ veteres: *Dominicum*, Κυριακόν. Athanasius in Vita S. Antonii M. c. 92. *Ipsidolorum sacerdotes eis κυριακόν convolabant.* Ubi Antwerpienses Jesuitæ addunt: quod templum Christi cultuè dicatum significat. Sic dies primus hebdomadæ eandem ob causam DOMINICA, sive Κυριακή, dici cœpit. A voce hac Teutonicam Kirche vel Kerke, quæ Ecclesiam sonat, deflexam quidam arbitrantur. In vita S. Nili Κυριακός dixit dicitur. In Concilio vero An-cyrano c. 14. Neocæsariensi c. 5. 13. Laodice-no. c. 28; & alibi passim Κυριακόν obvium est. Cangius hac de re in Glossario Græco-barbaro exemplorum copiam suppeditat. Latini templa, ut dixi, simili modo *Dominica* vocabant, ut indicaretur, ea soli Domino, Jesu Christo, sacra & dedicata esse, licet nomina subinde a memoriis Sanctorum hominum vel Martyrum receperint specialia. Elegans est locus Georgii Cassandri in Epistola *Hymnis Ecclesiasticis* præmissa, ubi de templis Christianorum agit: *Huic non absimile est, inquit, quod vulgato jam loquendi modo Sanctis templa ara, sacerdotia, sacrificia & festi dies tribui videntur.* Cui locutioni, nisi commoda interpretatione, succurratur, blasphemiam sane committi videri potest. Cum hæc tria potissimum, templum, ara, sacrificium conjuncta sint, & non nisi uni veroque Deo convenient, immo ex eo spiritus sancti divinitas imprimis monstratur, quod templum ha-

bere dicatur, quod Dei est proprium. Itaque veteres, dum castius loquuntur, non templa aut aras Apostolorum vel Martyrum, sed MEMORIAS appellant. In promptu sunt verba B. Augustini, quae ab Expositore Romani ordinis adducuntur: Nos, inquit, Martyribus nostris non templa sed MEMORIAS quorum Spiritus apud Deum vivunt, fabricamus, nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus Martyribus, sed uni Deo & Martyrum & nostro, ad quod sacrificium, sicut homines Dei, qui mundum in ejus confessione vicerunt, suo loco & ordine nominantur, non tamen a sacerdote, qui sacrificat, invocantur. Deo quippe, non ipsis sacrificat, quamvis in memorias sacrificet eorum: quia Dei sacerdos est, non illorum. Ipsum vero sacrificium corpus est Christi, quod non offertur ipsis, quia hoc sunt & ipsi. Ecce, inquit, Romani ordinis Expositor, quomodo institutum est Missae celebrari super memorias Martyrum: quomodo non templa, sed memoriae faciendae sunt in honore sanctorum Martyrum: quomodo altaria tua, Domine virtutum, non sunt dicenda altaria aliquorum Sanctorum: quomodo nominandi sunt sancti Martyres, non tamen a sacerdote invocandi ad divinum sacrificium. Hinc discimus quo interpretationis remedio occurrendum sit, si quando templum vel aram, verbi causa, Petri, Pauli vel Stephani, appellari legimus, ut haec sit orationis sententia: Templum Deo sacrum in memoria vel ad memoriam S. Petri. Ea autem consuetudo, ut sanctorum nominibus orationum loca & templa

inscriberentur, ex eo capit, quod antiquitus in iis
 potissimum locis, in quibus vel mortem pro Christo
 obierunt Martyres, vel insigne aliquid gesserunt,
 vel ex quo ortum duxerunt, vel ubi eorum cor-
 pora, vel pars aliqua corporis condita esset, con-
 ventus & sacri cœtus institui & ades iis conven-
 tibus apte exadificari consueverunt, quas ades ra-
 rius templa, sapius Ecclesias nonnunquam BASI-
 LICAS Græco autem vocabulo Κυριακὰς id est,
 DOMINICAS nominabant, quam posteriorem
 vocem Græcam Germani in appellandis sacris æ-
 dibus usurparunt. Id enim Hamalarius testatur
 libro III. Cap. de situ Ecclesie: Ipsa vocatur KY-
 RICA, quia est DOMINICALIS. Latina autem
 vox celebrioribus, quibus Episcopi & potissimum
 Archiepiscopi president, est attributa. Ea enim
 ades etiam nunc Germanis potissimum, a prima
 videlicet syllaba (nam monosyllabis gens illa gau-
 det) DOM vocatur, quod hodie a Mediolanensibus
 quoque fit. Hæc Cassander. Quod si mente
 recolimus initia Conversionis nostræ, eam
 non Græcis, sed Romanis, aut Romæ mini-
 mum informatis hominibus debemus omni-
 no. Et primos vetustiorum Episcopatum
 nostrorum e.g. Trevirensis, Moguntini, Co-
 loniensis, Argentinenfis aliorumque Præsules
 Latini generis fuisse vel ex primo nominum
 ipsorum intuitu apparet. Unde concludo,
 hos templis a Domino nomen, apud nos tan-
 dem in Dom & Thum corruptum, indidisse.
 Sed unde fit, quod cæteræ Ecclesiæ minores

Kyriaxai vel *Kirchen* nobis dicantur, & quando & per quos hoc nomen in usum deductum sit, hoc disquisitione indiget. Si a Romanis Germaniæ illatum fuisset, ejus nominis vestigia etiam in Romanorum scriptis & monumentis apparere atque in regionibus Italorum, Gallorum & Hispanorum præcipue occurrere deberent. Ibi vero nihil tale reperitur; & posteri Romanorum Itali templum *Chiesa*, Franco-Galli *eglise* nominant, voce ab *ecclesia* corrupta. Hispani templo usurpant; Germanis autem vicini populi propriæ linguæ vocabula ecclesiis impoluerunt; Sic Ungaris templum est *Egybaz*, hoc est, unitatis vel congregationis in unum domus; Bohemis *Kostel* & Polonis *Koschiot* quasi ossuarium à Boh. *Kostet* Pol. *KOSE*, os; unde Polonis *Kosci*, reliquiæ mortuorum, cineresque. Quod si monumenta patria consulimus, invenimus apud veteres Francos sub Regibus Merovingis vocem *Kirche* nondum usitatam fuisse. In Lege enim Salica titulo LXX. *Basilica* dicitur *alutrude* hoc est, *ades Domini*. Neque apud nos Cis-Rhenanos vel in veteribus libris vel in nominibus locorum ante seculum (c) octavum adhibi-

(c) Factum tamen, id est sæculo septimo, si fragmentum illud Isidori Hispalensis, quod e codice Bibliothecæ Colbertinæ depromptum, & sibi a Baluzio communicatum Tatiano suo adjecit Joh. Phil. Palthenius, ejus est ætatis, cujus illud esse voluit Mabillonius, qui

hibitam fuisse reperio. Certe necdum in Glossariis Francicis Carolinis, quorum copiam habeo, expressa est. Unde hoc nomen, quando illa conciperentur, nondum in scripta receptum fuisse conjicio, licet plebs eadem tunc uti inciperet fortassis. Seculo itaque octavo vox *Kirche* ad nos devenisse debuit. Crebræ circa id tempus *Scotorum* sive *Hibernorum religiosorum* coloniarum in Germaniam venire; ex quibus S. Gallus Helvetius, S. Wilibrodus Frisii, S. Bonifacius cum sociis reliquæ Germaniæ evangelium prædicarunt. Idem tunc S. Bonifacius *Archiepiscopus Moguntinus* factus est, & *Salisburgo, Herbipoli, Eichstadio, & Ratisbonæ Episcopos* ex gente sua præfecit, prætereaque *Monasterium Fuldense* fundavit. Et cum hæcenus, præter *Metropoles*, paucæ admodum Ecclesiæ minores extarent, ab hoc tempore tales magno numero authoribus Apostolis Scotis & Monachis etiam Fuldensibus extrui ac nomine Scotis usitato vocari cœpisse videntur, *Dominicarum* vel *Dom* appellatione majoribus Ecclesiis a Romanis olim extructis, relicta; quæ etiam adhuc iisdem a nobis tribuitur. Non immerito autem suspicor Scotos sive Hibernos,

Ger-
in opere de re Diplom. p. 49. & 159. ob characterem literarum *Merovingicum* codicem illum vocavit, sæculoque scriptum esse septimo judicavit. In illo enim vox *chirihha* & *chirihhun*, quam eandem cum voce *Kirche* esse demonstravit Dicmannus, p. 268. & 269. occurrit. T. d. H.

Germaniæ ferme universæ Apostolos, vocabulum hoc secum illo ævo, & quidem, ut jam monitum, seculo octavo apportasse. Nam habebant illi ante Augustini tempora, a Gregorio Papa in Britanniam missi, cultum sacrorum a Latina sive Romana Ecclesia in multis differentem; Pascha etiam alio, quam Romani, tempore cèlebrabant. Hos vero ritus ex oriente dubio præcul hauserant: Peregrinationibus enim semper dediti fuere Scoti, Orientemque ab antiquo frequentarunt. Pelagius certe, *Scotus* natione, illum sua hæresi non modicum perturbavit; nec solum eum, aut primum suorum, ibi egisse credibile est. In Oriente vero Græcus sermo in sacris ubique adhibebatur; unde vocem *κυριακή* inde cum religione in Britannicas insulas, præcipue vero in Scotiam veterem, hoc est, Hiberniam, transiisse, vero simile esse quis non videt? Communicata hinc est etiam Anglo-Saxonibus, licet hi deinde, sprete veterum Britannorum doctrina, Augustinum Romanarum partium hominem, in fidei sententiis sint secuti. Vox certe hæc frequenter in Regis Alfredi versione Bedæ, aliisque veterum Anglorum monumentis, occurrit, *cyricea*, *cyric*, *Ciric*, *circ*, scripta; unde Angli suum *Church* corruerunt. Apud nos ego primum illam in seculi octavi & noni Codicibus. Amalarii locum supra notavi. Ex Treverici Templi primarii Bibliotheca

Browerus Legem Ludovici & Lotharii Impp. quæ Capitul. Lib. IV. c. 18. continetur, Theotiscè versam exhibet. Ibi vero verba: *cum illa ecclesia vertuntur: bit thoru Kirichun.* Formula Confessionis ejusdem seculi noni, quam ex Flacio, Goldasto & Browero in Monumentis Catecheticis n. VII. edidimus, quæque etiam in Codice membranaceo Bibliothecæ Juliz, seculo undecimo exarato, extat, habet: *ih ci chirichun ni quam; h. e. ego ad Ecclesiam non veni.* In alia Confessionis formula, quæ ex Lambecio ibidem a nobis num. VIII. exhibita est: *daz ih mina chirichun ne suabda i. e. quod meam ecclesiam non vifitaverim.* Ibidem: *daz ih in chirichun unrechtes dabda: i. e. quod in Ecclesia injusta cogitaverim.* In vita Eronis Palatini, seculo undecimo confecta, nominatur locus *Didinckirica*, unde scripturam vocis, eo tempore usitatam discimus, Nos tandem inde *Kirche* fecimus, & Helvetii *Kilche*, Saxones *Kerke* & rusticè *Karke*, Dani *Kircke*, Sveci *Kyrckia* & Finni *Kircko*. Ex Slavicis populis Lusati illud nomen in *Zirkwa*, Slavoni in *Zerkou*, Dalmatæ in *Czrikva* transformarunt. Carniolani diminutiva forma *Zirkuiza* idem efferunt; unde Valvasoris iudicio, *Cirknicensi* oppidulo & lacui adfite nomen. Hiberni de cætero nostræ ætatis vocabulum hoc corrupte *Kill* enunciant, ecclesiamque etiam *Eaglais*, item *Koirthionol* & *Kovchrwin-neaghadh*, Lhuydio teste, vocant.

Johann Jacob Ulrichs

(Pastoris am Waisenhaus zu Zürich und
Profess. Ethic.)

XXXII. Glaubens - Predigten/

Darin

Die ganze Lehre von dem wahren selig-
machenden Glauben erkläret und zuge-
eignet wird.

Zürich, 1712. 4to Alphabeta quinque.



Vir Celeberrimus, JOHANNES
JACOBUS HULDRICUS, post
monumenta alia egregia, erudi-
tionis & pietatis publicum & per-
ennaturum testimonium exhi-
bentia, librum hunc de themate ponderosissi-
mo longeque utilissimo, SALVIFICA scilicet
FIDE publicæ ædificationi apparare præ-
gnantibus ex causis, quas præfatio aperit, in-
ductus est. (a) Conqueritur in ea de com-
muni,

(a) Natus est ex celeberrima in Ecclesia Christiana apud
Tigurinos *Huldricorum* gente circa finem A. C. 1683.
Ministerio verbi divini admotus A. 1702. & postquam
tyrocinia studiorum in patria feliciter jacta suscepto
ad exteros & præcipue Bremenses & Belgicas Acade-
mias, (in quibus & mihi cum innotuiss. amicitiaque

anno

muni, quam cum multis præstantissimis omni
& præsertim turbida hac ætate Theologis ex-
pertus est, forte, qua in suspicionem hetero-
doxarum in doctrina de fide & justificatione opi-
nio-

nunquam intermōrituræ vinculo adstringi coepisse
latus recordor,) itinere luculenter auxerat, pastor in
Ede Tigurina, quæ Orphanorum dicitur, declaratus
est A. C. 1706. Accessit deinde Professio Ethices ei de-
mandata A. C. 1710. In hoc ætatis vere sequentes jam
edidit libros:

Historia Jeschu Nazareni a Judæis blasphemæ corrupta ex
MSC. hætenus inedito nunc edita demum ac versio-
ne & notis (quibus Judæorum nequitia propius de-
teguntur & Authoris asserta ineptia ac impietatis
convincuntur) illustrata. Lugd. Bat. 1705. 8.

Die Herrlichkeit Jesu Christi und seiner Kirche in un-
terschiedlichen Predigten über auserlesene Schrift-Ver-
ter vorgestellt. Zürich 1709. 4.

Nähere Gedanken über die Glückseligkeit und Herrlichkeit
eines wahren Christen/ nach Anleitung der Worte:
1. Cor. III, 21-23. Zürich 1711. 8.

Paulinische Sitten- Lehre / betreffend das geziemende
Verhalten eines Christen/ in Ansehung des Gebrauchs
irdischer Dinge/ in 3. Predigten/ über 1. Cor. VII,
29-31. Zürich 1711. 4.

Der räuchernde und betende geistliche Hohenpriester Jesus
Christus/ oder das XVII. Cap. Johannis in 48. ver-
schiedenen Predigten erklärt. Zürich 1711. 4.

Das geistliche Rauchwerk oder das Gebet des Herrn in
10. Predigten vorgetragen. Zürich 1711. 4.

Heilige Bibel-Übung/ oder deutliche in Frag und Ant-
wort abgefassete Erklärung und Zueignung des Evan-
geliums Matthæi. Erster Theil Zürich 1713. 8. Anderer
Theil Zürich 1714. 8.

nionum adductus, quin collusionis cum Pontificiis, Arminianis, Socinianis ac Enthusiastis inculatus est, præcipue occasione concionis de paupertate spiritus ex Matth. V. habitæ, quæ in appendice libri ipsa quoque apparet, eo usque, ut eadem vespera a nonnemine *Pietismus Pharisaicus & Pharisaismus Pietisticus* (bella sane fraternumque egregie amorem spirantia nomina!) ei imputaretur.

Ordine

- Geistliche Dank- und Fried.-Opfer über einlge Friedens-Predigten bey Anlaß des verrichteten Eybgenössischen Friedens. Zürich 1714. 3.
- Die Herrlichkeit und Seligkeit des Todes und Ends der Gerechten/ aus Num. XXIII, 10. Zürich 1709. 4.
- Die Gefahr und Schädlichkeit der eiteln Welt Liebe/ und der Ruhe und Seligkeit einer rechtschaffenen Gottes-Liebe zeitwährenden Friedens; Congresses zu Baden vorgestellt über 1. Joh. II, 15. 16. 17.
- Die wahre heilige und geistliche Hergens-Freude eines mit Jesu durch Glauben und Liebe verlobten und veretzigten Christen/ aus Jer. LXI, 10. Zürich 1715. 4.
- Balsam und Arzney in Silead/ das ist/ Christliche Gedancken über die sicherste Weise/ der heut zu Tage allenthalben grossen Verderbenheit abzuhelffen in einer Predigt über Jerem. VIII, 22. Zürich 1717. 4. Concio hæc illud singulare habet, quod e suggesta dicta est occasione mandati nomine Magistratus Tigurini contra Enthusiastas ex ambone pronuntiati, quod extat Fasc. III. p. 351. Elucet in ea singularis Cl. Authoris & in confessione macularum, quibus vah! nimis Ecclesia Protestantium nostra tempestate deturpata est, sinceritas, & in præscribendis mediis ad illas extergendas idoneis iudicii dexteritas, cum eodem pietatis, quem omnia ejus scripta spirant, fervore juncta.

Ordine autem hoc Cl. Author procedit, ut concione prima agat de *natura* fidei salvificæ. Secunda & tertia explanet *gradus*, duabus sequentibus *criteria* veræ fidei. Inde a sexta ad vicesimam quintam *fructus* ejus copiose describuntur, qui sunt justificatio, pax, adoptio, sanctificatio, conservatio, certitudo salutis, gloriatio in afflictionibus, lætitia in Deo, spes in ipsa morte, beatitudo animarum & resurrectio corporis. Concio XXVI. sistit *comitem* fidei resipiscentiam, XXVII. *scrutinium* ejus urget, XXVIII. *causas* fidei explicat. Reliquæ orationem fidei Paullinam illustrent.

Textus pertractati sunt sequentes Act. XVI, 31. Marc. IX, 24. Rom. VIII, 38. 39. Jac. II, 18. 1. Joh. V, 4. 5. Rom. V, 1. Joh. I, 12. Rom. VIII, 16. Joh. VII, 38. Act. XV, 9. Hebr. XI, 24. 25. 26. Gal. II, 20. 1. Petr. I, 5. 2. Tim. I, 12. Rom. V, 3. 1. Petr. I, 8. 1. Cor. XV, 55. 56. 57. 1. Petr. I, 9. Joh. XI, 25. 26. 2. Tim. IV, 7. 8. Marc. I, 15. 2. Cor. XIII, 5. Jes. LIII, 1. Ephes. III, 14--19. Matth. V, 3. XI, 28. Joh. VI, 44.

Stylus, quamvis idiotisæ linguæ Helveticæ scateat, floridus succique & aculei plenus est. Ordine concinno omnia decurrunt, ita ut solidæ materiæ pertractationi semper subjungatur nervosa ad conscientiam apodeixis. Institutum quidem Cl. Authoris exigebat, ut non ubique operose verbis textus in exegefi adhereret, nihilominus tamen necessariam

is lucem affundere non negligit. Unde non desunt elegantes, quibus verba & phrasae scripturae illustrantur, observationes. Pauca e re erit excerpere exempla. Sic p. 55. 56. ad Rom. VIII, 38. ἄγγελοι, ἀρχαὶ & δυνάμεις ita distinguuntur, ut per illos daemones, per istas & has primaria eorum instrumenta intelligantur, magistratus impii & Regno Christi contrarii. Ἀρχαὶ igitur referuntur ad primates Judaeorum, δυνάμεις vero ad Reges gentium praecipue in imperio Romano gentili. P. 76. indicatur, scopum verum Epistolae Jacobi eo spectare, ut refutet & confundat errorem communem hypocritarum sui temporis, qui aliquot annis post adsertam a Paulo justificationem ex fide, exclusis omnibus operibus legis, salutarem hanc doctrinam in suam perniciem detorserant, atque ea propter securitati carnali latissimam aperuerant portam. Hinc jam tum fermentum corruptionis in Ecclesiam Christianam intrasse, plurimosque Christianos extitisse meros & obliviosos auditores sermonis, se ipsos decipientes, non vero factores, qui sibi videbantur religiosi esse, nec tamen frangebant linguam suam, qui in exercitio charitatis προσηγορίας exercebant, inhonores habebant pauperes, divites praeferebant & sic porro.

(b) Speciatim Gnosticos a Jacobo feriri, quorum
 Class. II. Fasc. II. U rum

(b) Adco verum est, nullum temporis articulum hactenus designari posse, in quo plenaria puritate Ecclesie mili-

rum nomen idem Authori est ac *fideles*, quia
γνώσις & πίστις pro uno eodemque reputata
 fuerit. Hosenim diserte docuisse, solam eo-
 gnitionem veritatis nos salvos facere, & fidem
 simplicem, licet desit exercitium pietatis, &
 scelera omnia perpetrentur, quæ tamen, si
 quis tantum credat, inter peccata non cen-
 seantur. P. 283. difficultas in loco Joh. VII.
 38. removetur. Ait ibi Salvator: *Qui credit*
in me, quemadmodum dixit Scriptura, fluvii ex
ventre ipsius fluent aquæ vivæ. Interpretes heic
 solliciti sunt, ex quo Scripturæ loco hæc petita
 sint. Noster vero duplici modo nodum suf-
 ficienter solvi, existimat, sive ut citatio illa:
quemadmodum Scriptura dicit, referatur ad sola
 verba præcedentia, & *dicere* sumatur pro *man-*
dare, quia fidei excitatio & inculcatio prima-
 rium

militans gavisâ sit. Concinnant cum Jacobo Paulli-
 næ, præcipue ad Corinthios & Galatas epistolæ, Me-
 retur heic conferri dissertatio Cel. VITRINGÆ Obser-
 vat. lib. IV. c. 7. & 8. in qua ostendit, *Ecclesiam Chri-*
stianam illo temporis intervallo, quod a Nerone ad
Trajanum elapsum est, de Zelo & fervore suo non pa-
rum remisisse. In hoc intervallum dubio procul E-
 pistolæ Jacobæ scriptio incidit. An vero Ecclesia
 ulla unquam tempestate annis seculisve sequentibus
 situm suum deterserit, majorique sanctitate splendere
 ceperit, de eo merito dubitamus. Falsissimi ergo
 sunt, qui ob maculas Ecclesiæ, quamdiu triticum me-
 dia inter Zizania crescit, eam convitiis proscindunt,
 & ab illa divortium faciunt. Interea tamen majus
 sanctitatis jubar sperare & anhelare ob promissa divi-
 na fallere nescia non desistimus, F. A. L.

rium scripturæ argumentum & scopus est, si-
ve, ut referatur ad sequentia. Tum vero re-
spici ad varia dicta prophetica, in quibus fon-
tes perennes aquarum viventium fidelibus
N. T. promittuntur. Speciatim conferuntur
Jes. XLI, 17. 18. XLIV, 3. 4. LVIII, 11 & an-
te omnia XII, 2. 3. p. 499. sq. de voce *Ἰσχυρὰ*
ταδύην ad 2. Tim. I, 12. differitur, & quomo-
do non tantum anima Paullina, sed etiam ipsa
cœlestis gloria ita dici queat, nervose indica-
tur. Mittimus reliqua. Sumtuum tempo-
risque in hunc ejus similes libros collatorum
neminem pœnitebit, a quorum lectione non
tantum doctiores, sed etiam meliores redire
possumus.

Ceterum materiarum quoque simillium
continuationem Rev. Author promittit, ita
tamen, ut simul spondeat, librum præsentem
nullis accessionibus in nova editione auctum
iri. Profitetur enim hunc morem scriptorum
& bibliopolarum se non tantum odio habere,
sed etiam ad certam quandam *furtorum* a Deo
interdictorum classem referendum esse.

Scripseramus hæc cum ecce novum dili-
gentiæ Authoris specimen ad manus nostras
pervenit, cujus en titulum:

*Selige Bibel-Ubung / oder deutliche und
gründliche in Frag- und Antworten abgefassete
Erklärung und Zueignung des Evangeliums
St. Matthai / in welcher die ganze Wunder-Hi-
storie des Leidens und Sterbens / Auferstehung
und*

und Himmelfahrt Jesu Christi schriftmäßig
 verhandelt/ aus der Antiquität und Philologie
 erläutert und zur Gottseligkeit zu Nutz gemacht
 wird/ von Joh. Jac. Ulrich. Dritten Theils
 erster Absatz. Zürich 1718. 8. 29. Bogen.

Continuatio hæc est commentarii cateche-
 tici in Matthæum, caput ejus XXVI. harmo-
 nice, dilucide & nervose explanans. Brevi
 alteram hujus Tomi partem successuram pro-
 mittitur. Qua finita Cl. Authori ad Evan-
 gelistam Lucam eadem methodo pertractan-
 dum transeundi stat sententia. Appendi-
 cis loco huic sectioni adjecta est dissertatio in
 verba institutionis sacrae synaxeos: *Hoc est
 corpus meum*; qua mediante Author ante de-
 cennium aliquem ex Pontificiis ad Reforma-
 tæ Ecclesiæ castra transduxerat. Quamvis
 autem hæc quoque commentatio ad promo-
 vendum fidei & pietatis exercitium potissi-
 mum sit destinata, sparsæ tamen hinc inde
 sunt observatiuncula, quæ eruditionem Au-
 thoris abunde probant. Sic p. 15. 16. Josephi
 narratiuncula exploditur, quando in uno Pa-
 schatis festo agnos 255600. mactatos pronun-
 ciat: p. 27. sq. differit de nardo pistica &
 quando ea unctum Jesum *in diem sepulture* di-
 citur, existimat, mulierem ex verbis Jesu ap-
 propinquantem ejus mortem collegisse ac cre-
 didisse, veritam autem, ne odio Judæorum im-
 pediretur, officium hoc funebre anticipasse.
 P. 138. 139. notatur, quando Jesus Luc. XXII,

§6. *gladium emere* præcipit, de utroque tum li-
 terali tum mystico gladio mandatum hoc
 posse intelligi. P. 287. sq. jure meritissimo
 refutat eos, qui ridiculos se dant, quando ex
 testimonio Christi Joh. XVIII, 20. extorque-
 re volunt, privatos conventus ad exercitia
 pietatis esse prohibitos: Præcipue multus est
 in conferendis prophetiis atque typis, vero-
 que passionum Christi sine, ut *ἀντὶ τοῦ* justitiæ
 divinæ loco peccatoris persolveret, ad consci-
 entiam demonstrando. F. A. L.



V.

Præfens

ACADEMIÆ BASILIENSIS,

ejusque DOCTORUM status,

In quo eorum patria, natales, munera
 ac scripta recensentur.

In Theologia.

SAmuel WERENFELSIUS, Petri
 Werenfelsii, S. Litt. Professoris &
 ecclesiarum Basileensium Anti-
 stitis Filius, S. T. Doctor & N. T.
 Professor, Societatis Anglicanae de
 propaganda fide, & regiae Scientiarum Bero-
 linensis membrum, Basileae Natus est Kal.
 U 3 Martii

Martii a. 1657. ad S. Ministerium admissus
 a. 1677. ad Logicam docendam vocatus a.
 1684. ad Graecam linguam a. 1685. ad Elo-
 quentiam a. 1687. ad Professionem Theolo-
 gicam a. 1696. Varias edidit Dissertationes,
 & Orationes, omnes eximiae in Deum pie-
 tatis, singularis ingenii, & acris iudicii testes,
 Primum illae seorsim, deinde cum Basileae,
 a. 1709. in 8. tum Amstelodami typis Wet-
 stenianis 2. Voll. in 8. a. 1716. una cum tra-
 ctatu de Logomachia Eruditorum, qui jam
 ante Amstelodami quoque 1693. impressus
 prostabat, conjunctim editae fuere. Nunc
 autem ipso hoc anno Opuscula ejus omnia
 Basileae uno volumine in forma quadriperti-
 ta recusa, absolvunt quinque, ut vocant, Al-
 phabeta cum tribus foliis. In hac editione
 apparent, quae prioribus non insertae erant
 Diss. de Adoratione hostiae, de Naamane Syro ab
 hypocrisi vindicato, Observ. in loca quaedam
 scripturae, Matth. V, 3. 6. 20. XVI, 18. XXIII,
 8. 9. 10. Marci IX, 49. 50. Luc. XVI, 9. Joh.
 XIII, 8. 9. 10. XX, 17. Act. XXIII, 5. Rom.
 VI, 23. XII, 20. Hebr. XII, 15. Jac. V, 14.
 Diss. de stylo scriptorum N. T. De scopo Doctoris in
 Academia S. literas docentis. Adversus Carna-
 lem securitatem. Cogitationes generales de ratio-
 ne uniendi ecclesias Protestantes, quae vulgo Lu-
 theranarum & Reformatarum nominibus distingui
 solent. Ex Germanico in sermonem Lati-
 num conversae. De controversiis Theologicis

*vite tractandis, Vita Joh. Jacobi Buxtorfii. Et
reliqua.*

Ceterum sermones aliquot ecclesiastici & Gallice & Germanice ab eo in lucem emissi sunt, de quibus vide hujus Bibl. Cl. I. Fasc. 3. p. 365.

Adde his *mitram Aaronis capiti impostam*, seu solemniam actus inauguralis, quo supremos in Theologia honores contulit D. Hier. Burcardo &c. editam Basileae a. 1709. 4. sed nuperae illi operum editioni non insertam.

Hieronymus BURCARDVS, Basileensis, natus est a. 1680. ipsius Pentecostes festi primo die, patre Joh. Balth. Burcardo, civitatis Basileensis Consule. Ante completum tertium aetatis annum in ludum missus, duodecennis ad lectiones publicas promotus publice theses sub praesidio Cl. Joh. Bernoullii defendit. A. 1694. primam, anno sequenti secundam in Philosophia lauream disp. publica de *sermone ad Reip. salutem relato* habita, reportavit. Peregrinatione in Germaniam, Belgicam, Angliam, Galliam instituta, & per Allobroges in patriam redux a. 1700. ad obeundum verbi divini Ministerium primum in Orphanotrophio, a. 1701. in aede D. Jacobi, a. 1702. in templo Micropolitano, a. 1703. in aede S. Elisabethae, a. 1708. in aede primaria Petrina, a. autem 1709. ad Antistitis & Archi-decani, ut & Professoris Theologiae, munus, prius habita pro impetrandis summis in Theologia

honoribus ad diem IX. Junii. *Oratione de Ecclesiae, in primis N. T. perennitate, novaeque Dei circa illam cura, quae exscripta typis, vocatus est,*

Jacobus Christophorus (a) ISELIUS, Basileensis, ex praeclara & de Rauracorum civitate bene merita familia, editus est in lucem A. 1681. pridie Eid. Junii, anno 1694. ad diem 3. Eid. Martii in Studiosorum numerum adscriptus, postero anno Primam Philosophiae Lauream reportavit, respondentis munere defunctus, cum Samuel Battierius, Vir a Graeca Lingua longe omnium instructissimus, emendationes suas in Laertium primum publice proponeret. A. 1696. qui decimus quintus erat ipsius aetatis, *Carmen Heroicum in Gal-*

los,

(a) Haec excerpta sunt ex literis, quae elegantis ingenii Vir, Joh. Phil. Crollius ad me perscripsit, paulo quidem prolixiora, quam nostri quidem instituti fert ratio, ita tamen consignata, ut eorum lectio Lectorem φιλομαθῶν non possit non singulari afficere voluptate. Interea cum nuntiatum nobis sit Cl. I S E L I U M, Virum σοφῶν ἀνταξίων ἀδελφῶν, nimis laboribus cum aliis, tum quos in excutiendis Concilii Basileensis Actorum Voluminibus bono publico insumit, non parum valetudini suae contraxisse detrimenti, audemus eum commonefacere, tum demum illum de publico meriturum egregie, quando accuratam sui corporis curam habuerit. Deum autem veneramur, ut eum, cum reliquis Basileensis Academiae, orbisque literati luminibus, quorum haec nomina legimus, diu rebus humanis laetum valentemque interesse, seramque in caelum redire, jubere velit.
T. d. H.

los, ea tempestate Rhenum transgredientes, conditum, in lucem emisit, quod diligentem accuratamque Veterum Poëtarum Lectionem pariter ac imitationem præclare arguit. A. 1697. Nonis Maji publicæ disquisitioni subiecit *Dissertationem Philologico-Criticam, de Historicis Latinis melioris ævi*, eorum scilicet qui ad Trajani & Hadriani usque tempora vixere. Elegerat autem hoc Argumenti genus ea potissimum de causa, quod & in Auctorum istorum Lectione totum fere Triennium contriverat, sibi que nonnulla annotasse videbatur, hæctenus a Viris eruditis ignorata; additæ huic Dissertationi sunt quædam in Latinos veterum scriptores emendationes. Philosophiæ Lauream 16. Cal. Sept. anno eodem sibi paravit, elaborata *Dissertatione de Poëtis Latinis melioris ævi*, Anno 1698. idibus Martii Orationem *de Stupendis nobilis alicujus Nihili effectibus, seu de Entis rationis effectu reali* publice pronunciavit. Eodem anno Genavam abiit, indeque digressus Galliam Narbonensem peragravit. Anno 1700. cum firius ferveret, quo tempore Academiæ Proceres a Lectionibus suis ordinariis vacare consueverunt, imponendo partes suas tot Studiosis, quot sunt Canicularium dierum Septimanæ, ipse quoque ad istam dignitatem Professoris Canicularis, sic dicti, admotus, *Concionem Servatoris nostri Matth. XI, 25. 26. 27.* quæ ipsi pertractanda præscripta erat *de divinis*

Decretis, deque ea, quae Filio cum Patre est, Unitate *Essentia, ut loquuntur, tribus, pro more solito praelectionibus explanavit: Anno hoc, quo diximus, circumacto, solenni Eruditorum Disputationi a. d. 8. Cal. Julii submittit* *Dissertationem Philologico-Theologicam in Sententiam Jacobi Benigni Bossueti Meldensis Episcopi, de Babylone Bestiisque & Meretrice Apoc.* Deinde praevio examine in ordinem V. D. Ministrorum receptus integro triennio Bafileae substitit, donec a. 1705. a Sereniss. Landgravio Hasliae, CAROLO Marburgum vocaretur ad sustinendam Professionem Historiarum & Eloquentiae. Quam spartam, antequam aggrederetur, Solenni Virorum doctissimorum examini subjecit a. d. 7. Eid. Aug. specimen Observationum atque Conjecturarum ad Orientalem Philologiam & Criticam pertinentium, ac maximam partem ex Vetustis Veteris Testamenti Versionibus depromptarum, 22. fol. in 4to, atque ita in Hassiam profectus a. d. 3. Eid. Decembris provinciam illam auspiciatus est, dicta oratione de artissimo Eloquentiae & Historiarum in studiis vinculo. Heic loci edidit Panegyricum quem scripsit Sereniss. Hassiae Principi Carolo Landgr. ipsis Idibus Sextil. M DCC V. quibus ille natalem secundum quinquagesimum celebrabat. Laudationem funebrem Seren. Principi Ludovicae Dorotheae Sophie ex Regia & Electorali Marchionum Brandenburgicorum stirpe Seren. Hassorum Principis Hereditariae Conjugi
dicta

dicta a. d. V. Cal. Febr. 1706. 96. pag. in fol.
*Dissert. Philologico-Historicam de Magorum in
 Persia Dominatione amice Eruditorum discepta-
 tioni oblatam a. d. VII. Eid. Jan. 1707.* Una cum
 aliquot programmatibus. Remigravit dein
 in patriam postquam biennium cum Seme-
 stri Marburgi docuisset, & ad diem 5. Cal.
 Martii a. 1707. vacuefactum morte celeberrimi
 Joh. Jac. Hoffmanni, Histor. & Antiq. Pro-
 fessoris munus *Oratione Solenni, qua veteres Au-
 ctiores in quovis Historiarum genere cum junioribus
 conferebat, capessivit.* Heic loci eo vel Præ-
 sidente, vel scriptore sequentes Dissertationes
 prodire. *Joh. Zuingeri de Siclis Hebræorum
 ad d. 31. Mart. a. 1708. d. 12. Cal. Junii a. 1709.
 Dissertationum, qua Mundi eternitas argumentis
 historicis consutatur, pars prima.* *Pauli Reboletii,
 Gallicæ Basil. Eccles. pastoris, laudatio funebris
 prid. Eid. May a. 1710. dicta.* *Declaratio an-
 tiqui Lapidis Tergestini cum non uno in Romanam
 Antiquitatem excursu, a. d. 13. Kal. Apr. a.
 1711.* *Oratio in Dedicatione Novi Brabeuterii
 Basil. Acad. dicta & in Lucem producta a. d. 3. Id.
 Junii 1711. in 4to.* *Dissert. de Canone Novi
 Testam. prior contra Henr. Dodwellum.* Hanc
 cum a. d. X. Kal. Aug. pro summis in Theo-
 logia honoribus impetrandis defendisset è
 manu Viri Vener. Hieronymi Burckhardti SS.
 Theol. D. & P. Eccles. Basil. Ant. ad d. 8. Cal.
 Sept. capessivit. *Sequenti mense habita
 Dissert. de Canone Novi Test. parte altera contra*
 Pon-

Pontificios Locorum Communium, ut vocatur, & Controversiarum professio, quam vacuum fecerat Cel. J. Rodolphus *Wetstenius*, ad d. 7. Kal. Oct. ei delata est, ejusque auspicia fecit a. d. 6. Id. Decembr. prælectione, quæ *Controversiarum Pontificiarum brevem historiam contexit, ac præcipue noviter ab ea Secta inventas, quas vocant, Methodos in Compendio proposuit, ac refutavit.* Tum porro publici juris fecit *Orationem*, qua *Joh. Rod. Wettstenii* memoriam consecravit, dictam, a. d. XI. Cal. Maji 1712. *Dissertationis de Canone Novi Testam. partem tertiam, varias Canonis recensiones à priscis Ecclesie Doctoribus propositas excutientem.* a. d. XIV. Kal. Aug. *Cogitata Theologica, de insufficientia Religionis naturalis.* Nonis Julii a. 1713. *Dissertationis de Canone N. T. partem quartam,* Anno 1714. tribus præfedit Disputationibus, quarum prior est *Bened. Bernoulli Dissert. Theol. de abrogatione Legis Ceremonialis.* Altera *Christophori Strom,* adversus infallibilitatem Ecclesie Romanae. Tertia denique continet Theses Theol. defensas a *Christ. Battierio.* Annus 1715. insignis valde fuit opera, quam navavit *Infantio V. Cl. Regi Prusis* a sacris, quæ merito magni æstimanda est. *Infantius*, cum ab omnibus laudatam vehementerque comprobata *Concilio Constantiensis* historiam confecisset, animo intendebat, etiam alterius, *Basiliensis* dico, *Concilio* Historiam condere, quippe quod ex priori initium duxerit. Videbat autem

autem hic quam maxime Basiliensium ope
 atque auxilio sibi opus esse, neque eum fugi-
 ebat, omnem fere MSScriptorum, quæ ad
 istud Concilium spectarent, & ex quibus
 plurima ex parte ista historia eruenda esset,
 copiam in eorum Bibliotheca adseruari, qua-
 re ut ea potiretur, splendida Regis sui com-
 mendatione usus est, qui ad Reipublicæ hu-
 jus Magistratum scribens omnia facile, suo
 rogatu, ipsi impetravit. Datum itaque Ise-
 lio negotium, uti publico nomine, quæcun-
 que Infantius in rem suam fore censeret, ipsi
 excerpti describique curaret, quod utrum
 ipsi laboriosius an gloriosius acciderit, diffi-
 cile est judicare, siquidem ei cum viginti
 non minus voluminibus, in quorum uno
 sæpe supra viginti molestissimarum scriptu-
 rarum genera apparebant, quotidie luctan-
 dum erat: Studiosis præterea juvenibus, qui
 in iis describendis desudabant, difficillimæ
 Litteræ atque characteres, tum voces decur-
 tata ac per notas siglaque scriptæ explican-
 dæ erant. Communicavit quoque cum In-
 fantio haud pauca ad Concil. Constant. per-
 tinentia, ipsi antea prorsus ignota, ex quibus
 nunc altera illa, quam parat, Concilii Const.
 historiæ editio locupletior & luculentior pro-
 ditura est. Eodem anno Augustissimus Cæ-
 sar Carolus VI. ab Amplissima hac Rauraco-
 rum Republica Litteris flagitavit, uti sibi quo-
 que ea, quibus Vindobonensis pulcherrima
 Libra-

Libraria supellex careret, Concil. Basil. acta
 describendi facultas fieret, qua in re cupide
 ipsi mos gestus est, siquidem Iselio, quem
 Illustris Comes Trautmansdorfus Legatus
 Cæsareus ad Helvetiorum Civitates nomine
 Augustissimi Cæsaris huic negotio uti præses-
 set, rogaverat, injunctum fuit, uti omnia,
 quæ desideraret, subministraret. Admove-
 batur igitur operi manus descriptioque stren-
 nue procedebat, cum abitu, & qui brevi se-
 quutus est, obitu Magnificentissimi & ac
 Eruditissimi istius Viri, quocum Iselius a pri-
 mo inde ejus in Helvetiam adventu arctissi-
 mam gesserat amicitiam, omne istud nego-
 tium subito sufflaminaretur, quod nulla pror-
 sus pecunia, ex qua Librariis operæ pretium
 persolvendum esset, perscriberetur. In hunc
 annum incidit quoque Emanuelis Ryhneri
 sub præsidio Cl. Iselii in publicum prolata de
Antiquitatibus Tyriorum Dissertatio, veluti ejus
 Titulus habet: *De Tyro & Prophetarum de ea
 vaticiniis.* A. d. 6. Id. Mart. 1716. divulgavit
*Dissert. primam de controversiis Ecclesie Anglica-
 ne, ejus Episcopatum atque adeo distinctionem
 Episcoporum & Presbyterorum expendentem, ea
 imprimis Henrici Hammondii Viri Cel. Sen-
 tentiæ, quibus Anglorum Episcopatum primæ-
 væ Ecclesiæ institutum esse in Dissert. suis,
 quas scripsit de Episcopatu operosissime defen-
 dit, ingenti eruditionis apparatu labefa-
 ctantur & confelluntur.* Continet hoc scri-
 ptura

ptum CXL. paginas. Eodem anno, eo præ-
 fidente, publicæ eruditorum disquisitioni
 oblatae fuere sequentes Dissertationes. I.
Job. Rodolphi Battierii pererudita Diffusio,
Loca Veteris Testamenti, in Evangeliiis citata ex-
pendens, & contra Judeorum Strophas & Cavil-
los defendens. II. *Job. Friderici Huberi de Gio-*
gantibus, præcipue illis, quorum in S. Scriptura
mentio fit. III. *Job. Buxtorfi Theol. Phil. Theol.*
 IV. quæ est ultima, *Job. Balhaf. Bleiensteinii*
Dissertatio historico, Theol. de Iohanne Baptista.
 His actis in Galliam profectus, Lutetia Pari-
 siorum, annum integrum commoratus est,
 inde cum in Angliam trajicere, ac residuam
 propositi itineris partem conficere cogitaret,
 accepit nuncium, sibi absenti novo more
 gubernacula Academiae ab ejus proceribus
 decreta esse, ad quæ tractanda, cum ipsi sine
 recusatione in patriam redeundum esset, ad
 d. XIII. Cal. Quintil. CI^o I^o CCXVII. supre-
 mum hunc Academiae Magistratum adivit,
 oratione publica auctoritate dicta, qua cele-
 bravit *Munus Librarium lautissimum planeque*
eximium, quo Vir Ampliss. atque Munificentiss. D.
Anton Hoeggerus Dynasta Bibliothecam Academiae
Basil. locupletavit. Dicitur hoc librarium mu-
 nus, quod Hoeggerus per ipsum Iselium A-
 cademiae obtulerat, supra 14. vel 15. millia
 librarum Gallicarum ascendere: Confectum
 autem est ex 70. & amplius, Voluminibus
 elegantissime vestitis, quæ complectuntur,
 quic.

quicquid est tabularum in æs incisarum, quod his retro sexaginta annis, quibus maxime ars ista floruit, præstantissimorum artificum opera elaboratum est: His accedunt volumina alia propemodum trecenta, quibus exquisitissimi Libri continentur, quos hoc nuperimum sæculum protulit, ita splendido habitu velati, ut in eo omnia quæ unquam visa sunt, Librorum ornamenta, longe excellant. Hac vero admiranda, Ampl. Hoeggeri liberalitate tantus Bibliothecæ Basil. accessit splendor, ut nunc cum amplissimis quibusque Europæ Thesauris Librariis conferri queat, plurimisque adeo longe superior sit. Præter gravem istum, quem hoc anno gerebat Iselius Academiae Magistratum, novum ipsi negotium datum est, siquidem supremus Galliarum Tabulario præfectus Daguessæus, Vir longe omnium, quos unquam Gallia habuit, togatorum Illustrissimus, ab hac Civitate Literis suis & per Iselium ipsum petiit, uti permetteret sibi describi, quæcunque vellet ex scriptis ad Concil. Basil. pertinentibus, quod cum haud difficulter impetrasset, Iselio potissimum, quem jam Parisiis singulari sua gratia summoque honore complexus fuerat, quemque in Lectione hujuscemodi MSScriptorum cujuscunque tandem generis essent, plurimum versatum exercitatumque noverat, hanc curam delegavit. Forte hæc omnia, quæ Illustris iste Vir describi curat, Lutetiæ Parisio-

Parisiiorum in lucem proferentur. Anno
 1718. quem nunc agimus, summa Iselio con-
 ciliata est amplitudo, dum Regia Parisiorum
 Academia, quæ est de inscriptionibus & ele-
 gantioribus Litteris, à Ludovico XIV. institu-
 ta locum honorarium, quem antea ampliff.
Cuperus Consul Daventriensis in ea tenuerat;
 & quocum ipsi Iselio frequens intercesserat
 Litterarum Commertium, approbante Rege
 a. d. 15. Cal. Febr. una voce & consensu ei de-
 crevit, qui honos eo magis æstimandus est,
 quo difficilior ad eum patet aditus. Quan-
 doquidem in hanc Regiam Gallorum Socie-
 tatem tres omnino peregrini recipi solent,
 quorum unus hodie *Gualterio* Cardinalis, alter
Anselmus Banduri e Familia S. Bened. ma-
 gno Hetruriz Duci a Bibliotheca, & postre-
 mum nunc locum cum maxime ornat Iselius.
 Non ita pridem, ut huic tandem narrationi
 finem constituam, vernacula lingua, quædam
 Helvetiorum Antiquitates spectantia atque
 illustrantia, elaboravit, in quibus sæpissime
 Stumphii Chronicorum Libri emendantur,
 is enim, cum Romanorum historias atque
 antiquitates non ita bene perspectas haberet,
 frequenter hallucinatur, lectoresque suos
 æque earum imperitos in errores secum pari-
 ter inducit. Inferentur vero hæc *Conradi*
Hottingeri, si eum indicare fas est, qui de
 Decimis Judæorum egregium scripsit Librum,
Nov. antiquis sub Litteris J. C. quibus certe ac-
 Class. II, Fasc. II, X sedes

cedet *Baudii Vita*, cujus Historiam in juventute sua aliquando exaravit.

Joh. Ludovicus FREY, S. Theol. D. d. 16, Nov. 1682. Basileæ natus, cum aliquamdiu docuisset Linguas Orientales, Arab. Samar. &c. Commissa ei fuit a. 1711. Professio Histor. & Theolog. illa ordinario, hæc Extraordinario titulo administranda. Edidit a. 1699. Diff. de Natura Mentis humanæ. 1703. Diff. Philologico Theol. in qua Mohammedis sententia de Jesu Christo expenditur. 1705. Excerpta Hebraica ex Comment. R. Aaronis ben Joseph, Caraitæ, cum Versione & Notis. 4. Amstelodami. Eod. Diff. Philol. de Conjungendo studio Linguarum Orientis cum studio Græco. 1706. Diff. Hist. de *Cyro*. 1711. & seq. Diff. Theolog. de Officio Doctoris Christiani prodierunt hucusque quatuor, Sub ejus Præsidio Disp. Theolog. habitæ sunt, de Juramento, de Variis Lection. Novi Testam. de Ortu Religionis, de Perfectione Scripturæ S. de Missa &c.

In *Juris* scientia.

Jacobus BURCKHARDUS, J. U. Doctor ejusdemque Professor & Facultatis Senior, natus est Basileæ die 2. Martii A. 1642. Creatus est Doctor Juris à D. Dre. Jacobo Brandmüllero Anno 1666. Anno 1673. electus est Professor Juris in Universitate Gallica Sedanensi. Anno 1675. à Serenissima Principe Nassoviæ vocatus est ad Professionem Juridicam

dicam in Illustri Schola Herbonensi in locum
D. & Dris Johannis Voet. Ibidem etiam
Constitutus Serenissimi Principis Consiliarius
Heinrici, Dillenburghensis &c. Tandem An-
no 1681. successit Dno Doct. & Professore
Burckhardo Parenti suo eo adhuc viven-
te, in Professione Juridica Basileæ. In lucem
edidit plurimas Disputationes Juridicas. Ta-
bulam in Titulum 6. libri 4. Institutionum
Imperialium de Actionibus.

Joh. Jacobus BATTIERIUS, Basileensis na-
tus est Simone Battierio J.C. d. 6. Febr. 1664.
Post habitam de suffragiis & eorum Jure dis-
sertationem inauguralem, A. 1689. ad vica-
riam Logices Professionem promotus est anno
eodem. Ad Rhetoricæ, A. 1693. Ad Elo-
quentiæ, A. 1695. A. 1695. à Senatu, Urbis
Syndicus creatus est. A. 1706. inter Profes-
sores Juris cooptatus, Institutiones & Jus Pu-
blicum docere cœpit. Inde autem ab Anno
1714. Codicis & Juris Feudalis Professionem
sustinet. Ex eo porro tempore quo inter
Professores cooptatus est, omnia munera di-
gnitatesque Academicas, & in his Rectoratum
tertium, administravit: Primus autem Uni-
versitatis Actuarius designatus est A. 1712.
Dissertationes ab eo editæ extant complures,
de Obsidibus & eorum Jure, de Ostracismo, de
Dispensatione, aliæ: Orationes item aliquot
de Fœdere Helvetico, &c. & qua celeb. Ma-
them. Bernoullio parentavit, In Juventute

commentarium scripsit in Homerum, quem quo minus ederat, gravioribus Syndicatus functionibus hactenus impeditus est. Scripsit & in Grotium, sed quæ privato discipulorum usui magis servire, quam publicam lucem ferre posse videntur.

Johannes WETSTEINIUS, Basileensis, J. U. D. Instit. Imper. & Jur. publ. Professor. Electus est a. 1714. Edidit: Collationem Juris Romani & Basiliensis. Bas. 1685. Specimen observationum Juridicarum, Bas. 1714.

In Medicina.

Theodorus ZVINGERUS, Phil. & Med. Doct. Practices in Academia Patria Professor primarius, Societatis Natur. Curiosor. Carolino-Imperialis Adjunctus, & Prusiaco-Regiæ Membrum, Diversor. S. R. Imp. Principp. & Reipubl. Basiliens. Archiat. natus est Basileæ Helvetior. d. 26. August. Anno 1658. Patre, Avo, Proavo & Abavo, Professoribus. Et enim Pater ejus fuit Johannes ZVINGERVS, S. Theol. D. & Profess. per 40. annos; natus enim Basileæ d. 27. Aug. An. 1634. Professor electus An. 1656. mortuus An. 1696. Avus erat Theodorus ZVINGERVS, S. Theol. Doct. Professor & Ecclesiæ Antistes, ab An. 1630. Natus An. 1597. Denatus An. 1654. Proavus Jacobus ZVINGERVS, Phil. & Med. Doct. Lingu. Græcæ Professor. Natus Basileæ An. 1569. Factus Professor An. 1594. Denatus An. 1610. Abavus tandem fuit Theo.

Theodorus ZVINGERVS, Phil. & Med.
 Doct. Theoret. Profess. Filius *Leonhardi Zvingeri*, Pellionis Episcopicella Helvetii, & Privignus *Conradi Lycosthenis*, Viri in re Literaria notissimi, a quo post pramaturum Patris obitum educatus, & Studiis liberalibus applicatus fuit. Natus autem erat An. 1533. Basileæ, Professor electus Anno 1560. Denatus Anno 1588. Auctor inter alia Theatri illius Vitæ Humanæ, in fol. 4. Tomis. His itaque Parentibus atque Majoribus ortus, ac Triviali Schola egressus, humanioribus primum literis, dein Philosophicis Disciplinis, demum Medico Studio operam navavit. Anno 1680. Doctor Medicinæ renunciatus, Anno 1684. Eloquentiæ, An. 1687. Physices, A. 1703. Anatomix & Botan. & A. 1711. Medicinæ Practices Professor, hinc & simul Reipublicæ Patriæ Archiater electus fuit. In cursu autem Munerum suorum publicorum subinde quædam conscripsit, typisque mandavit, quemadmodum sunt: 1) *Scrutinium Magneticæ Physico-Medicinæ*, in 8vo. A. 1687. Basileæ. 2) *Dissertatio de Pedatrophia*, in 4to A. 1680. 3) *Dissertatio de Adquirenda Vita Longevitate*, in 4to A. 1703. 4) *Fasciculus Dissertationum Medicarum*, in 8vo A. 1709. 5) *Theatrum Botanicum Germanico-Idiomate exactum*, in fol. 1696. 6) *Theatrum Praxeos Medicæ*, in 4to A. 1710. 7) *Der sichere und geschwinde Urzt/ jam quarta vice*, in 8vo. 8) *Dissertationes*

tiões de *Medicina Aurium*, de *Epilepsia*, de *Plantis Nasturcinis*, de *Cymbalaria*, de *Perforatione Cranii*, de *Nosographia Anhelantium*, de *Methodo docendi Medicinam Mathematica*, de *Aegrotis vagantibus*, pluresque alia. In præfens autem ad prelum fere paratam habet *Pædajotreiam*, sive *Observationes de Morbis Infantum*. Theodorus hic Medicus habuit Fratrem Joh. Rodolphum ZVINGERVM, qui natus Anno 1660. Theologicum amplexus fuit Studium, & Anno 1680 pro S. Ministerio examinatus, primum Minister Castrensis factus, inter Helvetiæ copias Regi Galliarum servientes, dein ad Pastorum Lucisvallensem in Agro Basil. vocatus A. 1691. Postea in Urbem primo quidem ad Pastorum in S. Elisabethæ Templo, translatus, deinceps vero An. 1703. Ecclesiæ Basil. Antistes, simulque Theologiæ Professor electus, atque S. Theol. Doctor renunciatus fuit. Obiit autem An. 1708. postquam Dissertationes aliquot de *Potestate Clavium*, pluresque Conciones funebres in lucem ediderat.

Emanuel KÖNIG, Med. Theoreticæ Professor; Plura de eo nobis resciscere non licuit.

Joh. Henricus STEHELIUS, Anat. & Botanic. Prof. Publ. natus est Basileæ, d. 1. Maji st. v. 1668. Doctor Philosophiæ factus a. 1685. Medicinæ a. 1693. Professionem Eloquentiæ auspicatus est, 1706. d. 26. Novembr. Anatom. & Botanic. 1709. d. 18. Decembris.

Edi-

Edidit Diff. Inaugural, de Osibus eorumque Morbis d. 3. Jun. 1693. Diff. edidit de Variis Epochis & Annorum periodis, 1706. 4. Theses de Re Botanica & Anatomica d. 1. Sept. 1709. Ad prelum parat rariores suas observationes Anatomicas, Chirurgicas & Medicas Practicas.

Joh. Rudolphus BECKIUS, Basileensis Philos. & Med. Doct. Phys. Professor, Collegii Medici Assessor, natus est 1657. d. 11. Augusti. Electus Professor A. 1711. Edidit theses Varias philosophicas & dissert. Medicam de *Gonorrhoea virulenta*.

In Philosophia.

Emanuel ZÆSLINUS, Basileensis, natus d. 22. May 1663. Med. Doctor creatus d. 7. Junii 1687. habita prius Disputatione de *Olfactu* d. 3. Junii 1687. Vocatus ad Professionem Rhetoricæ die 15. Decembr. 1696. Ab ista ad Professionem Philosophiæ moralis translatus die 20. Febr. 1714.

Johannes BERNOULLI, Basil. Phil. & Med. D. Matheseos Prof. Pub. Trium Societatum Reg. Scient. Gall. Angl. & Pruss. Socius. Natus Basileæ die XXVII. Augusti st. v. An. 1667. Professionem Matheseos in Academia Groningana auspicatus est die XXVIII. Novemb. st. v. An. 1695. Exacto integro decennio revocatus in Patriam, eandem hic Professionem aggressus est die XVII. Novemb. st. n. An. 1705. Vocationes aliz, quas

ob certas rationes recusavit, sunt sequentes:
 Ad Scholam illustrem *Guelferbytanam* invitatus
 fuit A. 1693. Ad Universitatem *Halensem* re-
 cens fundatam A. 1695. Ad *Ultrajectinam*
 A. 1703. Ad *Eandem* A. 1705. Ad *Leydensem*
 A. 1709. Ad *Patavinam* A. 1714. Ad *Gronin-*
ganam de novo A. 1717.

Scripta & inventa edidit sequentia: quæ sunt
 Dissertatio de Effervescentia & Fermenta-
 tione in 4to Bas. 1690.

- - de Motu Musculorum in 4to Bas. 1694.

- - de Nutritione in 4to, Gronin. 1699.

Spinosismi Depulsionis Echo cum subjun-
 da Oratione Apologetica habita Groningæ
 XII. Kal. Sept. 1699. cum Munus Rect. Acad.
 susciperet in 4to Gron. 1702.

Essai d'une Nouvelle Theorie de la Man-
 oeuvre des Vaisseaux avec quelques Lettres
 sur le meme sujet. in 8vo Bâle 1714.

Solutio problematis catenarii. Act. Lips. 1691

- - Curvæ Causticæ. Act. Lips. 1692.

- - Problematis Cartesio quondam pro-
 positi. Act. Lips. 1693.

Constructio facilis Curvæ accessus & re-
 cessus æquabilis à puncto dato per Rectifica-
 tionem Curvæ algebraicæ. Act. Lips. 1694.

Modus generalis construendi omnes æqua-
 tiones differentiales primi gradus. Ibid.

Additamentum effecttionis omnium qua-
 draturarum & rectificationum Curvarum per
 seriem quandam generalissimam. Ibid.

Demon-

Demonstratio Identitatis Curvæ æquilibrationis cum Cycloide. Act. Lips. 1695.

Meditatio de Dimensione Linearum Curvarum per Circulares. Ibid.

Demonstratio Analytica & Synthetica suæ Constructionis Curvæ Beaunianæ. Act. Lips. 1696.

Supplementum Defectus Geometriæ Cartesianæ circa Inventionem Locorum. Ibid.

Tetragonismus Universalis Figurarum Curviliacarum. Ibid.

Problema de celerrimo descensu, aliudque pure Geometricum peculiari Programmate Groningæ impresso propositum. Act. Lips. 1697.

De Convidibus & Sphæroidibus. Ibid.

Principia Calculi Exponentialium seu percurrentium. Ibid.

Curvatura Radii in Diaphanis non uniformibus : Item Solutio Problematis à se propositi de inveniendâ Linea brachystochrona seu celerrimi descensus. Ibid.

Solutio problematum à Fratrem Jacobo Bernoullio propositorum Act. Lips. 1698.

Investigatio Algebraica arcuum Parabolicorum assignatam inter se rationem habentium. Item Demonstratio Isochronismi Descensuum in Cycloide. Ibid.

Theorema universale rectificationi Linearum Curvarum inserviens. Item Nova Parabolæ proprietates. Item Cubicalis primariæ arcuum Mensura, Ibid. An-

Annotata in solutiones fraternas problematum quorundam suorum, qua occasione traduntur methodi quædam pro trajectoriis. Ibid.

Cycloidis primariæ Segmenta innumera Quadraturam recipientia; aliorumque ejusdem spatiorum quadrabilium determinatio: post varias illius fortunas nunc primum detecta. Act. Lips. 1699.

Epistola continens solutionem & Constructionem Solidi minimæ resistantiæ. Ibid.

Analysis ejusdem problematis cum subjuncta Regula universali constituendi omnem æquationem differentialem in qua alterutra indeterminatarum deficit, ad quas-cunque potestates elevatae sint differentiales & quomodocunque tam inter se quam cum altera indeterminata fuerint implicata. Act. Lips. 1700.

Augmentum ad Novas spatiorum Cycloidalium quadraturas. Item de Centro gravitatis quædam. Ibid.

Disquisitio Catoptrico-Dioptrica exhibens Reflexionis & Refractionis Naturam ex æquilibrii fundamento deductam. Act. Lips. 1701.

Nova Ratio promte Construendi Radius osculi seu Curvaturæ. Item Methodus eisdem Analytice determinandi in Curvis algebraicis per vulgarem Differentialium calculum eruta. Ibid.

Multisectio Anguli vel Arcus, duplici æquatione universali exhibita. Ibid. Pro.

Problematis alicujus solutio, ubi docetur
modus integrandi vel saltem reducendi ad
quadraturam circuli aut hyperbolæ quamli-
bet fractionem differentialem terminis ratio-
nalibus constantem. Act. Lips. 1703.

Perfectio Regulæ suæ editæ in libro Galli-
co *Analyse des infinim. petits* art. 163. pro de-
terminando valore fractionis, cujus Nume-
rator & Denominator certo casu evanescent.
Act. Lips. 1704.

Motus rectorius ejusque pro Lineis cur-
vis in unam omnibus æqualem colligendis
vel à se mutuo subtrahendis, atque hinc de-
ducta Problematis de Transformatione Cur-
varum in Diario Gall. Paris 12. Febr. 1703.
propositi genuina solutio. Act. Lips. 1705.

Angulorum arcuumque Sectio indefinita
per formulam universalem expressa sine se-
rierum auxilio; Et hinc deducta æquationum
angularium prompta formatio. Act. Lips. 1712.

Continuatio ejusdem materiæ. Ibid.

Demonstrationes Geometricæ de Motu
Corporum gravium, pendulorum, & Projecti-
lium in Mediis non resistantibus & resisten-
tibus supposita gravitate uniformi & non
uniformi atque ad quodvis datum punctum
tendente & de variis aliis huc spectantibus.
Pars I. & II. Act. Lips. 1713.

Meditatio de Natura Centri Oscillationis,
ejusque in pendulis compositis, tam quæ in
Liquoribus quam quæ in vacuo agitantur,
deter-

determinandi Regula, novo & certiori quam
hactenus fundamento suffulta. Act. Lips. 1714.

De Centro Turbinationis inventa nova.
Act. Lips. 1715.

Barometrum Novum communi multo ac-
curatius. Act. Lips. 1716.

Demonstratio Principii Hydraulici de æ-
qualitate velocitatis, quacum aqua per forami-
na vasorum erumpere incipit, cum ea quam
aquæ gutta acquirere posset motu naturaliter
accelerato cadendo ex altitudine æquali illi
quam aqua habet in vase supra foramen. Ibid.

De Solutionibus quæ extant Problematum
Isoperimetricorum, ac nova eorundem pro-
blematum, aliorumque cognatorum citra cal-
culum solvendorum Methodus brevis, plana,
& facilis. Pars I. & II. Act. Lips. 1718.

Gemina Constructio Problematis Anglis
propositi à Leibnitio de Trajectoriis ortho-
gonalibus. Ibid.

Quadrature d'une infinité de segmens, de
Secteurs & d'autres espaces de la Roulette ou
de la Cycloide vulgaire. Hist. & Mem. de l'
Acad. des Sciences 1699.

Nouvelle maniere de rendre les Barome-
tres lumineux. Hist. & Mem. 1700.

Decouverte d'un Nouveau Phosphore.
Hist. & Mem. 1701.

Lettre touchant ce Phosphore. Ibid.

Solution d'un Probleme concernant le cal-
cul integral, avec quelques abregés par rap-
port à ce calcul. Hist. & Mem. 1702. So-

Solution d'un Probleme sur les Isoperimetres. Hist. & Mem. 1706.

Experiences sur la Lumiere des corps frottes. Hist. & Mem. 1707.

Methode pour resoudre le probleme inverse des forces centrales, Hist. & Mem. 1710.

Maniere de trouver les forces centrales dans des milieux resistans en raison composee de leurs densités & des puissances quelconques des vitesses du mobile. Hist. & Mem. 1711.

Nouvelle Theorie du Centre d'oscillation. Hist. & Mem. 1714.

Lettre contenant la Solution du probleme, de trouver geometriquement le jour du plus petit crepuscule. Journal des Sçavants 1693.

Solution d'un probleme propose dans le 28. Journal de 1693. Ibid.

Reponse à l'objection inserée dans le journal du 14. Septemb. 1693. contre sa methode. Journ. des Sçavants 1694.

Problemes à resoudre. Journ. des Sçav. 1697.

Solutions des problemes sur les isoperimetres & sur la plus vite descente. Ibid.

Reponse à l'avis inseré dans le VII. Journal du 17. Fevrier. Journ. des Sçav. 1698.

Seconde Reponse à l'avis inseré dans le Journal du 26. Maj. Ibid.

Troisieme Reponse à celle qui est inserée dans les Journaux du 4. & 11. Aoust. Ibid.

Secon-

Seconde Partie de la troisieme Reponse Ibid.
Lettre sur les Problemes des isoperimetres,
Journ. des Sçav. 1701.

Lettre à l'Auteur de l'Histoire des Ouvra-
ges des Sçavans sur divers sujets de Geome-
trie, Hist. des Ouvrag. des Sçav. 1697.

Inventa de Appropinquationibus promptis
ad metiendas figuras per Motus repentis con-
siderationem exhibitis : Seu de reductione
Curvarum ad arcus Circulares. Miscell. Bero-
lin. 1710.

Lettre sur les Jeux de Hazard. Essai d'A-
nalyse sur les Jeux de Hazard par Mr. de Mon-
mort. Paris 1713.

Alia aliis in locis edita jam non succurrunt,
plura inedita asservat in schedis suo tempore
edenda, si Deus vitam & vires concesserit.

Ab hoc distinguendus est Nicolaus BER-
NOULLI *Basiliensis* quidem at Patavinus J. U. D.
& Prof. natus d. 10. Oct. 1687. Academiae Sci-
ent. Berol. adscriptus A. 1713. & Londin. A.
1714. ad Matheseos Professionem Patavinam
vocatus A. 1716. eamque aggressus 12. Dec.
ejusd. anni, Doctoris in V. T. titulo Basileæ ab-
sens ornatus est 25. Maj. 1717.

Scripta ejus in lucem edita sunt:

Dissertatio Inauguralis Juridica de usu Ar-
tis Conjectandi in Jure. Bas. 1709.

Annotazioni sopra lo schediasmo del Sig.
Conte Jacobo Riccato pubblicato nel T. 19.
de Giorn, de Letterati d' Italia, Artic. 7. coll
annessa

annessa solutione propria del Problema inver-
so delle forze centrali agenti in mezzo non
resistente, de dotta da principij medesimi del
Sig. Neuton. Giorn. de Letter. d' Italia T. 20.
Art. 13.

Recueil des Lettres à Mr. de Monmort in-
serées dans le Traité de Mr. de Monmort in-
tit. Essay d'Analyse sur les jeux de hazard, sec.
Edit. à Paris 1714.

Samuel BATTIERIUS, Ph. & Med. Doct.
natus est Basileæ A. MDCLXVII. In Acade-
mia Patria ipsi A. MDCCIV. Mense Febr.
Professio Gr. Ling. Vicario nomine deman-
data fuit, & Anno MDCCV. Mense Dec. Gr.
Ling. Prof. Ordinarius factus est. In Acad.
Cæsareo-Leopold. N. C. cognomento Ero-
tiani receptus est A. MDCCXI.

Scripta publicata sunt:

Dissertatio de *Generatione Hominis*, 4. Basi-
leæ 1690.

Cogitata de *simplici apprehensione*, 4. Bas. 1693.
Specimen Philologicum, seu Emendatio-
nes Variæ in *Diogenem Laërtium, Euripidem &c.*
4. ibid. 1695.

Dissertatio de *Eloquentia*. 4. ib. 1696.
- - - de *Mente humana*: annexus est
manipulus Emendationum aliquot in *Diog.*
Laërt. 4. ibid. 1701.

Observationum & Emendationum in *Diog.*
Laërt. continuatio, cum Notis quibusdam in
Ul. Pollucis Onomasticon. 4. ibid, 1705.

Differ-

Dissertatio de *Mundo*. 4. ibid. 1710.

Ἰνῶδι σεαυτῶν, s. de cognitione sui ipsius. 4.
ibid. 1711.

Oeconomiz corporis humani brevis Descriptio. 4. ib. 1711.

De Studio animi Veritate & Virtute perficiendi maxime necessario. 4. ib. 1718.

Johannes BUXTORFIUS, V. D. M. trium Buxtorfiorum (utriusque scilicet Johannis & Johannis Jacobi) in Professione Linguae Hebraeae successor, natus est Basileae d. 8. Januarii A. 1663. Professionem aggressus est 19. Decembr. 1704. In lucem edidit: Exercitationem sacram de *Pontifice Maximo* Vet. Test. Basileae 1685. Specimen Thesium philologicarum. Basil. 1704. Catalecta philologico-theologica. Basil. 1707. 8. Musas errantes. Amstelod. 1714. Secund. editio auctior & emendatior. 1717. Specimen Phraseologiae Vet. Test. Hebraicae. Francof. ad Moenum 1717. Concion. s. in Daniel. XII. v. 3. Basil. 1703. DEO vitam & valetudinem largiente in posterum sequentia edere in animo habet. Catalectorum philologico-theologicorum Volumen alterum cum epistolis Viror. Claror. nunquam editis: Fasciculum dissertationum selectar. Volumen concionum selectar. Orationes Academicas, epistolas & poemata (uno volum.)

Nicolaus HARSCHERUS, Phil. & Med. D. Eloq. P. O. natus est Basileae Calend. Maji

A. 1683

A. 1683. Anno præsentis seculi sexto exeunte vocatus fuit ad Professionem Eloq. & Histor. Marburgi tunc vacantem decedente & in patriam redeunte Venerando *Iselio*, ergo sub initium mensis Febr. Anno 1707 munus auspiciatus (quod ab illo Viro Clarissimo quasi de manu in manum traditum habuit) per quinquennium gesfit; donec & ipse ad Oratoriam professionem administrandam in patriam vocatus sub finem anni 1711. secutus est fati legem; auspiciamque novi muneris cepit vere ineunte anni 1712.

Scripta.

Dissertatio Inauguralis medica de Tono Ventriculi & Intestinorum nat. & præternatural. Basil. 1704. 4. pl. 3.

Specimen disputator. de Usu & Præstantia historiarum in primis recentioris. Resp. Joh. Rudolpho Zvingero. Basil. 1706. 4. pl. 1.

Oratio Panegyrica in Nuptias Celsiss. Principis *Joh. Wilhelmi Frisonis & Mariae Ludovicae Celsiss. Principis Caroli, Hassiæ Landgrav. Filii* Marburg. 1709. fol.

Oratio Panegyrica in Nuptias *Dorotheæ Sophiæ Sereniss. Principis Hass. Darmstadini Ernesti Ludovici filii & Illustriss. comitis Hohenloici Joh. Friderici*; Marburg. Anno 1710. fol.

Laudatio funebris Sereniss. Principis *Mariæ Ameliæ Hassiæ Landgraviz.* Anno 1711. fol. Marburg.

Class. II. Fasc. II.

X Dispu.

Disputatio pro Loco de divinatione Ciceronis,
qua Civile bellum inter Cæsarem & Pompej.
longe ante prædixerat. Marb. 1710. 8. pl. 9.

Dissert. rhetorico-philosophica de Ingenio
& moribus hominum ex Stylo dijudicandis.
Marb. 1710. 4. pl. 1.

Historia Vitæ & Mortis Thomæ Gaucherii;
S. S. Theol. D. & in Acad. Marb. Prof. Marb.
1709. in 8. pl. 3.

Oratio Parentalis memoriæ Joh. Laurentii
Crollii. S. S. Theol. D. & Prof. in Acad. Marb.
dicata. Marburg. 1709. 4. pl. 4.

Oratio in Laudem Gallorum habita a Luca
Cramero & dicata Illustriss. Comiti du Luc ad
Helv. Legato Excell. Basileæ, 1712. 4. pl. 3.

Disputatio politica de Conditionibus, qui-
bus nascuntur Respublicæ, Resp. Wernero
Hubero. Basileæ, 1718. 4. pl. 2.

Joh. Rudolphus ZVINGERUS, Theodori,
de quo supra, fil. natus d. 3. Maji 1692. Basileæ,
renunciatus Medicinæ Doctor d. 30.
Septembr. 1710. in Academia patria, biennio
post ibidem ad Professionem Logicæ in Fa-
cultate Philosophica promotus, cujus auspi-
cia cepit d. 3. Maji 1712. habita lectione de
Artis dialecticæ inventoribus. Edidit Dis-
sertationes de Cerebri humani structura natu-
rali. d. 14. Julii 1710. De Usu & Functioni-
bus indeque dependente Inclinationum atque Inge-
niorum diversitate Basileæ 1710. 4. Diatriben
de Præjudiciis Mentis, 1712. in 4to. Artem

*cogitandi erotematicam cum Prælu-
dium Philosophiæ Basileæ 1715. Paradoxon Logicum :
Quod omnis Homo bene ratiocinetur. 1718. Me-
ditatur nunc & conscribit Specimen Institu-
tionum Medicinæ juxta moderna principia Me-
chanica. Ille nunc sextus est ex eadem fami-
lia Professor.*

Christophorus EGLINGERUS, Philos. &
Med. Dr. Rhetorices Prof. publ. Professor ele-
ctus est d. 23. Martii 1714. Edidit theses phy-
sico-logico-Miscellaneas de sensuum externo-
rum infallibilitate & de Ideis. 4. Basil. 1712.

VI.

Epistola

HENR. BULLINGERI

Ad

PHIL. MELANCHTHONEM,

Una cum

Testimonio Academico, quod H. Bul-
lingero F. dedit Ph. Melanchthon,
nunc primum edita.

*Clarissimo & Eruditissimo Viro, Fr. A. Lampe, amice
veteri S. P. D. Johannes Jacobus Huldri-
cus, Tigurinus.*

Accipe, amice, auream Epistolam τῆς πίστεως
Bullingeri nostri ad Phil. Melanch-
thonem,

Y 2

thonem,

thonem, magnum itidem & æternum Virum, illamque, quia, quantum quidem novi, hæcenus *ἀνέκδοτ* est, si ita placet, Bibliotheca vestra infere. Insigne hæc Epistola documentum est spiritus charitatis & mansuetudinis, qui divini huius viri pectus totum implevit. Manifestum etiam ex eadem fit & clarum, quo animi affectu ut Bullingerus, sic reliqui Majorum & Reformatorum nostrorum, *καίψανα* omnes *τῶ* *χρυσῶ* *γένο*ς, erga Lutherum, qui acerbis suis facetiis alia plane de illis meritis est, fuerint. Cui mansuetudini, si novorum factorum exempla transferis, parem vix usquam invenias, certè non apud nos, qui degeneres passim sumus altae virtutis patrum, quibusque familiare est, omnia nobis ignoscere, nihil aliis remittere. Si talia vobis arridere intellexero, dabo operam, ut in posterum plura habeatis. Addidi ob aliqualem affinitatem exemplum testimonii Scholastici, sive Academici, quo suo tempore idem Melancthon Henr. Bullingerum Filium ornavit; cuius originale, ut vocant, asservatur apud Clariss. Virum, D. Baptistam Ottium, nostratem. Si illud cum breve sit, jungere velis Bullingeri literis, poteris, sin minus, itidem poteris. Vale mi Frater, in Domino, & me ama. Tiguri Helvetiorum, 3. Calend. August. 1718.

PHILIPPO MELANCHTONI
SUO BULLINGERUS.

GRatiam & vitæ innocentiam à Domino. Abstini sesqui anno jam a salutandi scribendique officio, Philippe doctissime idemque colendissime Domine, & frater Charissime, non quod te amare desierim, aut odisse cœperim, sed quod infelix illa contentio inter D. Lutherum beatæ memoriæ & nos intercesserit. Timui valde, ne si pergerem, uti cœperam, familiarius te salutare, & epistolas ac libros mittere, D. Lutherum in te concitarem, magnamque tibi apud multos morosiores suspicionem excitarem, quasi nobiscum colluderem. Nequæ enim ignorabam, vel ex ultimis illis ad me tuis edoctus, quæ passus fueras, non ita pridem à fratribus quibusdam inquietioribus. Jam vero cum D. Lutherus migraverit ad Dominum, nec sit ullum periculum amplius exacerbationis inter te & illum, quod suggestionibus provocent, quibus concordia inter fratres tanti non sit, quanti merito fieri deberet, repeto scribendi officium ac pergam in eo diligenter, nisi tu nolis, ac tibi ne nunc quidem integra & grata sit mea familiaritas. Nolo tibi, colendissime mi Philippe, oneri esse, nolo tibi incommodare. Si non bona cum gratiâ tua scribere licet, age tacebo libens, interim vero nihilominus colam te & amabo.

bo. D. Lutherum, virum doctum & de Ec-
 clesia optime meritum, gaudeo migrasse ad
 Dominum, non propter causam, quam cum
 illo habuimus litigandam: Dominus novit:
 sed quod malis liberatus maximis, futuris-
 que ereptus calamitatibus, cursum suum fe-
 liciter absolvit, & nunc cum Domino nostro,
 cui servivit, lætatur in gloria. Interim non
 mediocriter doleo illo nos viro destitutos,
 cujus ope & consilio in communi Religionis
 causa poteramus juvari. Tametsi enim pro
 carnis humanæ ingenio sua habuerit vitia,
 insigne tamen constantiæ donum consequu-
 tus fortis & tenax fuit in retinenda Synce-
 ritate doctrinæ contra papistas, quibus nihil
 concedi voluit per compositiones & collo-
 quia. Vidit haud dubie pro singulari sua
 prudentia, homines istos artibus & insynce-
 re, immo maligne omnia agere. Vidit, pa-
 rum aut nihil de iis reliquum esse spei. Di-
 cit enim salvator noster in Evangelio; quo-
 modo potestis vos credere, qui gloriam à vo-
 bis invicem accipitis, & gloriam, quæ a solo
 Deo proficiscitur, non quæritis? Expendit
 ille, quod Paulus electionis vas de istis lo-
 quens hominibus dixit: Hi sunt homines
 mente corrupti, resistentes veritati, & re-
 probi circa fidem, & hos averfare. Spera-
 mus autem te quoque per gratiam tibi con-
 cessam à Domino, pari constantia & robore
 spiritus Doctrinæ puritatem & simplicitatem
 adver-

adversus omnes corruptores asserturum; Quod si ad eam rem feliciter efficiendam quid consilii & auxilii præstare possumus, omnem nostram operam & nos totos tibi & piis offerimus & pollicemur. Non abhorret à nobis opinor ut impuris, tua pietas, Philippe. Respondimus quidem confessioni brevi D. Lutheri contra nos editæ, neque enim dissimulare potuimus, quod ille nobis, imprimis autem præceptoribus nostris piæ memoriæ, & Ecclesiis nostris impegit. Simul autem confessionem fidei & doctrinæ nostræ vulgavimus, quam cum congruere cum omnium sanctorum confessionibus sciamus, speramus, illam tuæ pietati non displicere. De cœna Domini, nisi contra fidem & conscientiam nostram loqui voluissemus, aliter loqui non potuimus, præsertim urgentibus nos fidei apostolicæ articulis & negotio justificationis. Nam articuli fidei, quid de Corpore etiam Christi clarificato sentiamus, edocent. Justificationis vero doctrina pura & sincera docet, non sacramentis, non ullis rebus externis, sed sola Dei misericordia per Christum nos acceptos fieri patri, sive recipi in gratiam Dei & exhiberi nobis dona cœlestia vitæ, recipi autem per nos sincera fide, ita ut ab ipso solo Deo gratuito conferantur: & exhibeantur, dona vitæ, recipiantur à nobis fide duntaxat: annuncientur autem verbo, & obsignentur sacramentis. Nosti A-

apostolum Paulum sic docere, ad Rom. IV. ubi
 ostendit Abrahamum quidem primo justifi-
 catum fide, deinde vero justificatum jam
 percepisse Sacramenta, non illa quidem vana
 & inutilia, licet justificatus esset. Accepit
 enim circumcisionem sacramentum, signacu-
 lum seu obsignationem justitiæ fidei quæ fu-
 erat in præputio. Nosti autem parem esse
 sacramentorum rationem, maxime cum A-
 postolus idem dicat: Probet seipsum homo,
 & sic de pane edat & de poculo bibat. Ne-
 cesse est Ergo, cœnam Domini legitime com-
 municantes prius esse justificados & partici-
 pes Christi factos, participare autem cœna,
 ut accipiant obsignationem justitiæ fidei, si-
 gillum inquam & testimonium visibile ab
 ipso Domino institutum, & testificans, fide-
 les tradito corpore & fuso sanguine Christi
 justificados & lotos à peccatis, membra Chri-
 sti & hæredes omnium bonorum Christi esse
 factos. Cœterum non institui jam de cœna
 Domini aut de Sacramentis differere; tantum
 hæc ex occasione dixi. Si autem in confes-
 sione illa nostra quædam nondum clare & ex-
 plicatè satis dicta, aut expensa videbantur,
 plenius nos admoniti exponemus. Si vero
 errare videmur, libenter erudiri sustinebimus.
 Agnoscimus, Cœnam Domini Symbolum esse
 confessionis & concordiæ, vinculum deni-
 que pacis & unitatis, ideoque dolent nobis
 valde id rari à sathana & hominibus quibus-
 dam

dam plus satis pugnacibus ad bellorum & discordiarum materiam. Cupimus autem ex animo intimisque visceribus nostris, cum omnibus Christum in veritate invocantibus manus & copias nostras jungere, ac pro Ecclesia Dei contra Antichristianos bella Domini gerere suppetiasque sanctis ferre. Id quod tibi præcipuo duci exercitus Domini fraterno modo indicamus, oblectantes per Christum Regem nostrum, & per Charitatem fraternam, ut huc unice omnia tua consilia & vires omnes intendas, quo nos, qui Christum recepimus, antichristo contradicimus, sepositis simultatibus compositisque bellis civilibus & intestinis unanimes in Christo efficiamur, & simus, unique principi Christo militemus. Mitto tuos humanitati libellos aliquot Græcos quidem, sed à nostris latinitate donatos, & hic præterita hyeme excusos, nempe Theodoretii Libros de providentia, Tatiani orationem, & Theophili Antiocheni Episc. Lib. 3. contra gentes & alios quosdam Libellos illis conjunctos, quos muneris loco oro à me accipias.

Vale, Colendissime mi Philippe, ac fraternamente hæc mea accipe, iterumque Vale. Salutant te fratres & symmystæ omnes, Pellicanus, Gualtherus, Bibliander, Bocklerus, Professores item D. Conrad. Gesnerus, Ammianus, Collinus, Werdmüllerus & Reliqui.

Salutabis tu nobis D. Jonam, Creuzingerum,
D. Pomeranum, & reliquos Dominos & fra-
tres nostros Colendisimos. Tiguri 1. Aprilis.
Anno 1546.

Bullingerus Tuus.

II.

Salutem dicit omnibus lectoris has Lite-
ras Philippus Melanchthon. Excellens Virtus
est & Deo grata, in tantis confusionibus ge-
neris humani, tamen constanter hanc sen-
tentiam retinere; Vere colligi à Filio Dei
æternam Ecclesiam voce Evangelii, eamque
ob causam doctrinæ studia colere, & mores
honeste regere. Hæc cum faciat Henricus
Bullingerus, Tigurinus, favore honestorum
virorum dignus est, ut fontes doctrinæ de
Deo, & aliarum honestarum artium recte co-
gnosceret, didicit non solum Linguam La-
tinam, sed etiam Græcam & Ebræam. De-
inde percepta differendi & judicandi ratio-
ne, considerare naturam rerum cœpit, quod
studium præcipue amat propter gloriam Dei,
quia vestigia Dei impressæ naturæ libenter
aspicit, & hac consideratione confirmari ad-
fensionem de providentia vere judicat. Am-
plectitur autem doctrinam de Deo patefa-
ctam illis tribus Testimoniis divinis, &
comprehensam in scriptis prophetis & A-
postolicis, & recitatam in symbolis Apo-
stolico, Niceno & Athanasiano & consensum
Veteris Ecclesiæ sequitur. Ac animi pieta-
tem

tem vera invocatione Dei in agnitione & fiducia filii Dei, Domini nostri Jesu Christi, & honesta morum gubernatione declarat, qui in eo non solum naturæ moderatione, & si hæc quoque in eo eximia est, reguntur, sed etiam luce accensa à Filio Dei per Evangelium & à Spiritu Sancto. Non dubito igitur honestos & eruditos viros ubique indicaturos esse, benevolentia sua hunc Henricum propter eruditionem & optimos mores dignum esse. Oro autem Filium Deum Dominum nostrum Jesum Christum crucifixum pro nobis & resuscitatum, qui sedet ad dextram æterni patris ut dona det hominibus, ut totius Vitæ Henrici cursum gubernet & eum faciat *κενὸν ἰλέους*, & organum salutare suæ animæ & aliis.

Data Cal. Maji Anno 1557.

Philippus Melanchthon.
manu propria scripsit.



VII.

Nova Theologico-Historico-Literaria.

TIGURO fasciculo sexto nuntiavimus
 Celeberrimi Antistitis PETRI ZEL-
 LERI

LERI obitum, qui quantum bonis omnibus
sui desiderium reliquerit, ex hoc eius elogio
iamica manu ad nos per scripto constat.

„Theologus ille fuit in plurimis plane in
„exemplum & admirationem natus. Certa-
„bant nempe in illo & de palma contende-
„bant præter insignem eruditionem omnis
„generis præstantissimæ virtutes, quas apud
„multos Theologorum frustra quaras, ut
„sunt v. gr. candor, humilitas, mansuetudo,
„patientia, charitas, in precibus ardor, mens
„Deo devota, abnegatio mundi & illorum,
„quæ in mundo sunt, nempe cupiditatis
„carnis, oculorum, & fastus hujus seculi.
„Leni apoplexia post longa jam hujus vitæ
„& mundi, qui totus ἐν πονηρῶν κέρται τæδια
„τæδια atque sancta fastidia tactus, ut placi-
„de vixit, sic placide in Deo suo obdormivit.
„Cervicali seu lectulo fatali, cui Vir pius
„immortuus est, supposita reperiebatur car-
„tula, in qua sequentia, quæ hic verbotenus
„describo, scripta erant: *D. Philippus Me-
„lanchthon paucis diebus ante mortem in pagella
„consignavit causas, cur minus a morte abhor-
„rendum sit, hoc modo: a sinistris scriptum fuit:
„discedes a peccatis, liberaberis ab aramnis
„& a rabie Theologorum. A dextris vero:
„Venies in lucem, videbis Deum, intueberis
„Filium Dei, disces illa mira arcana, quæ in
„hac vita intelligere non potuisti: cur sumus
sic*

„sic conditi? qualis sit copulatio duarum na-
 „turarum in Christo. Successor ei factus est
 „Vir Plur. Reverendus D. LUDOVICUS
 „NEUSCHELERUS, Pastor haectenus
 „ad Div. Petrum, cui Deus adsit Spiritu suo!
 „Ad pietisticos nostros tumultus quod atti-
 „net, videri illi possent plus satis sedati, nisi
 „essent, qui in media pace mallent clasficum
 „canere, & expustulis nonnunquam ulcera
 „facere.

Cæterum aliud quoque Scholæ Tigurinæ
 vulnus inflictum est ex obitu, Ven. D. JOH.
 HENRICI FRISII, LL. Græcæ & La-
 tinæ in Collegio Humanitatis Professoris,
 Theologi eximii, senis pene octuagenarii,
 cujus manu diversa scripta maximam partem
 Theologiam spectantia in publicum prodie-
 re. (a) Succesit foero suo Vir Clarissimus,
 JOH.

(a) Sunt autem sequentia:

Disputatio Physica de sede animæ rationalis sub præsi-
 dio Joh. Henr. Heideggeri Heidelb. 1659.

De unione Sanctorum Dissert. Theologica, Præside Anto-
 nio Perizonio, Hammonæ 1661.

Disputatio de communione Sanctorum, præside D. Adria-
 no Paulli ibid, 1661.

Kurzer gründtlicher Reformirter Bericht und Unterricht:
 von dem H. Abendmahl des H. Erren sammt einer Wi-
 derlegung der irrenden Lutherischen Meynung vom H.
 Abendmahl. Hamm. 1664. 8.

Untertänige gehorsame Pflicht wegen des frühzeitigen
 Hinscheids Hr. Wessel Hermanns von Monsier.
 Hamm. 1670. 4.

JOH. HENR. HIRZELIUS, amicus noster singularis, linguæ Hebrææ in eodem collegio Professor, in quo ab aliquot annis vicariam quoque Socero suo, defuncto jam FRISIO, navavit operam. Illius vero sparta Viro-Juveni eruditissimo D. DAVIDI LAVATERO demandata est.

Ex HELVETIA scribitur, postquam ab aliquot annis certa quaedam consensus (b) formu-

Schutzschrift für Joh. Heidelbergers abgelegte Glaubensbekänntnis. Heidelb 1686. 12.

Oratio de Quietismo in illustri Lyceo Tigurino habita Tigur. 1691. 4.

Verdeckte Mess-Blum / wider Jacob Sartner / Römisch-Catholischen Pfarrer. Zürich 1695.

Kurze Anleitung zu rechtschaffenem Gebete für junge und sonst einfältige Leute. Zürich 1701.

Patri Mauri oder Johann Heidelbergers schändliche Flucht und gewissenlose Wiederkehrung zum Pabstthum / nebst andern Umständen / fürnemlich in sich haltend 1. wie hoch und theuer P. Maurus sich zur Reformirter Religion bekennet. 2. Mit was wichtigem Fürwand er seinen schändlichen Abfall von Reformirter Religion und gewissenlose Wiederkehrung zu dem Pabstthum vermähntelt. Aus gedachten P. Mauri eigenen Schrifften und Briefen zusammen gezogen. Zürich 1701. 8.

(b) Illa Henotica formula auctoritate quatuor Helvetiae Cantonum, ecclesiae Reformatae addictorum consignata & publice introducta fuit a. cle Isc LXXV. facti decreto sollemni, ut ea post Dei verbum sacrae & publicae legis auctoritatem obtineat, & cum reliquis libris Symbolicis pari passu militet, illi que

formula à Theologis & Ministris ecclesiarum quatuor Cantonum Reformatorum Helvetiorum subscribi fuerit solita, nunc ejus subscriptionem a quibusdam, neglectam esse, ab aliis emollitam quasi, & his additis verbis pœne elusam; *non docebo contrarium*; aut, *subscribo, quatenus cum scriptura convenit*; cetera, in primis a membris Synodi Morgesiae, quae non ignobilis in ditione Bernensium urbs est. congregatae ac per ministerium Bernense ad Ampl. Magistratum delata, tergiversatores illi multis, nec paucis satyricis, & alio etiam nomine scandalosis scriptis fetueri cœpisse. Post unum aut alterum mensem ab Ampl. Senatu Bernensi, cui Lausanna paret, decretum, formulam consensus retin-

omnes Academiarum atque ecclesiarum Helveticarum Doctores *idioxergas* subscribant. Occasionem huic rei praebuerant errores, qui a Doctoribus quibusdam Salmuriensibus, Viris cetera doctissimis, neque male de ecclesia meritis Mose Amyraldo, Josua Placaeo, Joh. Camerone, Ludovico Cappello sparsi non leviter ecclesias Gallicanas concusserant. Conscribendi eam provincia demandata fuit primum antistiti Basiliensi Lucae Gernlero, illo, autem cum se ad opus illud accingeret, rebus humanis erepto, Joh. Henr. Heideggero, Theologo Tigurino. Sequenti anno 1676. eadem ab ecclesiae Genevensis Doctoribus nonnullis licet refragantibus, recepta est. Vide Hist. vitae Heidegg. §. 97. - 105. J. Jac. Hottingeri Hist. Eccl. Helv. T. III. L. VII. pag. 1085, 1086. *Vetera & nova, quae hoc anno Tiguri prodierant, §. VII. p. 499. - 516, T. d. H.*

nendam, neminem in s. ordinem recipiendum, quin sine conditione, aut limitatione illi subscribat, si qui limitationem adscripsisset olim, eam expungendam esse. Refractorios & Ministerio & patria esse tanquam turbatores ejiciendos. Haec ante aliquot mensis fuere acta: Scripta, quae in hac causa edita sunt, hos titulos prae se ferunt. *Lettre d'un anonyme datée d'Orthodoxopolis du 8. Decembre, 1717. Lettre d'Ellicrinopolis du 1. Janvier 1718. Lettre au Pape. Lettre des Reformateurs Luther, Calvin &c. écrite des plaines pacifiques. Réponse de Mr. Crousaz à la lettre d'Orthodoxopolis. Duae ejusdem in hac causa dissertationes.* A Cl. Viris Bergierio, & Polierio Professoribus Lausannensibus vulgata fuere scripta, quibus omnibus modis imperatam illam illius formulae subscriptionem sine conditione impedire, eamque Christianae libertati, & instituto reformationis plane adversari, adeoque vel si ea quae in illa formula continentur vera, essent, tamen non urgendam esse probare voluerunt. Quem finem haec res habitura sit, docebit dies.

BERNENSIS Ecclesia dolet ereptum sibi rebusque humanis ante trimestre insignem Theologum D. RUDOLPHUM RUDOLPHI, qui ejus *Antistes*, seu, ut ibi vocant, *Decanus* fuit. Vehementi Zelo flagrabat Vir *Θεολογικός* & pro tuenda adversus omnes Arminiazantes, quorum non exigua in confinibus

finiis pro dolor! & præcipue Laufannæ
 quæ Bernatibus paret, seges est, orthodoxia.
 Inter scripta haut adeo multa, quæ reliquit,
 analytica ejus Catecheseos Heidelbergensis
 exegesis magni æstimatur. Cum præclara
 ejus eruditione mascula & sincera pietas sua-
 ve fecerat connubium, cujus indicium esse
 potest colloquium, quod pridie mortis ejus
 Vir Reverendus D. *Dachsius*, pastor apud
 eosdem Bernates ex primariis, cum eo habuit.
 Nequid nativæ ejus emphasi decedat, lubet
 illud subjungere, uti ex literis ad amicum
 quendam perscriptis excerptum est. (b)

Class. II. Fasc. II.

Z

LON.

(b) Ich muß meinem theuer- geliebten Freund eine kurze
 relation thun / was für ein Gespräch ich mit dem seel:
 Herrn 1. Tag vor seinem Todt gehabt. Da ich ihn be-
 suchte / und es mit ihm besser zu seyn! schien / ich auch
 ihm darüber meine Freude bezeuget / sagte er / daß die
 göttliche oeconomia wunder-würdig sey / welche durch
 leibliche Heimsuchungen die so nödtige Läuterung der
 Seele zu befördern wisse / und hierin sey nun der Herr
 auch mächtig in ihm wirksam / die *doctrinæ* fidei recht-
 schaffen zu befördern. Und dis sey auch ein sehr nödtig
 Werck / massen zwar alle insgemein die corruption der
 Natur erkennen. Aber weit ein anders sey es / selbige
 erkennen / und ein anders selbige fühlen. O der tumor
 & superbia cordis, sagt er / ist etwas schreckliches. Wie
 viel kostet es denselben zu brechen. Wol mag es davon
 heißen / er sey *primum vivens in natura, ultimum mo-
 riens in gratia &c.* Als ich ihn über seinen Glauben
 und seilige Erfahrung fragte / bezeugte er / wie gar ver-
 schiedene *sata* er darin habe. Bald sey ihm *wlang* & P-

LONDINI prodiiſſe novum TOLANDI
foetum genio Authoris ſcriptis impietate ple-
nis vah! nimis jam famoſi congruum Fasci-
culus ſextus Clafſis primæ denuntiavit. En
heic

glα, ὑπόσας &c. ad gloriationem usque, da er recht
wiſſel quid sit καυχᾶσαι ἐν κυρίῳ. Und dis komme
ohne ſein Nachſinnen und Suchen. Da ſey in ihm volle
Ruhe und Vergnügung/2c. Wann man aber zu andrer
Zeit ihn fragen würde / ob er die Kennzeichen ſeiner
Kindſchaft und himmliſchen Erbrechts auch bey ſich be-
fände? wüſte er ſchier nicht zu antworten. Wiſſezwar wol/
was man bey den Theologis hierüber läſe / aber weit an-
ders ſey die *δοκιμασία* und wahre Erfahrung / da allein
der Geiſt der Kindſchaft und des Glaubens dis Zeug-
niß verſiegeln könne; doch halte er ſich feſt an Jeſu/
deſſen *δικαιομα* ſey ſeine Zuflucht. Ihm bleibe er an-
gehengt und eingehengt. Er folge dann dem theuren
Heyland in verlangendem Glauben nach. Sequi ſe mox
Jeſum prædicantem, wie er habe Worte des ewigen Le-
bens / die er anfasse; mox Jeſum miracula patrantem
von deſſen Gnade er auch alles erwarte; mox Jeſum pa-
torem & gallinam glocitantem, und nahe ſich zu ihm/
da er ihm hie und da Körnlein zu ſeiner Stärkung dar-
lege / mox Jeſum patientem, in deſſen Blut und Tod ſei-
ne Erlöſung ſey / und ſo bleibe ihm Jeſus alles / 2c.
Alſich ihm meine Freud bezeuget / daß er das Siegel
ſeiner Lehr nun ſelber bey ſich befinde / hat er mit groſſer
Freymüthigkeit geantwortet: Er habe publice gelehret/
was er im Herzen geglaubet / & viciffim: So bleibe es
noch. Credidi, ideo locutus ſum &c. Ich ſchtede
endlich von ihm / da er mich mit einem Segen von ſich
gelaſſen. Alſo hat dieſer ſelige Mann im Glauben ge-
lebt / und iſt auch im Glauben geſtorben / und wird ſein
Gedächtniß im Segen bleiben. Hactenus amicus ille.

hęc integrum titulum: Nazarenus, or Jewish,
gentile and Mahometan Christianity. containing
the history of the ancient gospel of the Mahome-
tans, attributed to the same Apostle: this last go-
spel being now first made Known among Chris-
tians,

Also the original plan of christianity, occasio-
nally explained in the history of the Nazarens,
whereby divers controversies about this divine
(but highly perverted) institution may be happily
terminated.

With

The relation of an Irish manuscript of the four
gospels as likewise a summary of the antient Irish
Christianity and the reality of de heldees (an or-
der of Lay Religions) against the two last Bishops
of Worcester

by Mr. Toland,

Londen by J. Brown without Temple Bar, 1718.
the first letter 85. pag. 8. the 2d. p. 57.

and a appendix contraining

1. two problems historical, political and theolo-
gical concerning the Jewish Nation and Reli-
gion.
2. a further account of the Mahometan gospel of
Barnabas by Monsr. de la Monnoye of the French
academy.
3. queries to be sent to Christians travelling or
residing in Mahometan contries. p. 16.

Calamum contra hunc librum, paradoxis
verę religionis ipsa fundamenta suffodien-
tibus

ribus refertum, strinxit THOMAS MANSEJUS, qui conscripsit: *Remarks upon Nazarenus, wherein the falsity of Mr. TOLANDS Mahometan Gospel, and his misrepresentation of Mahometan sentiments in respect of Christianitii are set forth; the historii of the old Nazareans cleared up, and the whole conduct of the First Christians in respect of the Jewish Law explaind and defended: by THOMAS MANSEY, A. M. Rector of S. Nicolas in Guilford. London 1718.8. pag. 131.*

PVRMERENDAE, quæ urbs Frisiae occidentalis, sive Hollandiae Borealis (d) haud incelebris est, pridie Kal. Jun. vitam cum morte commutavit vir mathematicarum scientiarum, & medendi artis callentissimus Bernhardus NIEWENTYD, urbis illius consul & medicus solertissimus. Patrem nactus erat d. X. Aug. 1654. in pago Nord-Hollandiae, Westgrastdyck, illius loci Sacerdotem Emanuelem Nieuwentyd. Destinaverat hunc filium suum rerum divinarum scientiae, sed quum eum animadverteret ab illa animo esse alieniori, delectari e contrario Philosophia ex placitis Cartesii, quam ipsemet abhorrebat, permisit eum operam dare Studio Medicinae, cum quo filius rerum mathematicarum scientiam indefesso labore con-

(d) Notandum est has duas provincias (Nord-Holland und West-Friesland) non esse distinguendas. Id quod propter Germanos meos moneo, qui illas confundere frequentissime solent. T. d. H.

conjunct. Quantum in hac profecerit, ostendunt affatim ejus scripta, v. gr. *Analysis infinitorum*, edita a. 1699. contra quam cum ill. Leibnitijs animadversionibus quibusdam insurrexisset, observationibus aliquoties editis suam sententiam tuitus est, donec rem hanc Leibnitijs arbitrio celeberrimi mathematici *Hermanni*, olim *Basileensis*, nunc *Francofurtani* ad *Oderam* Professoris permitteret. Omne praesertim punctum tulisse visus est editione praestantissimi illius libri, quem sub titulo *Genuini usus Theoria mundi*, vulgavit, de quo diximus Cl. I. p. 374. Tertiam ejus libri editionem sermone Belgico, versionem autem Gallicam & Germanicam ab idoneis scriptoribus parari accepimus. Utinam licuisset ei refutationis *Spinosismi*, cui ab aliquo tempore omnem operam suam consecraverat, editionem absolvere, quod opus tamen ad umbilicum perduxisse dicitur pridie illius diei, quo vivere desiit, laboribus, podagra ac lethargia consumtus, postquam in his terris LXIII. A. X. M. & XX. D. vixisset.

LONDINO nuntiatur, superiori mense septembri *Michaelem le Vassor*, paene nonagenarium diem suum obiisse in provincia *Angliae Northamptonensi*. Gallus ille fuit natione & presbyter olim *Oratorii Aurelianensis*. Quum autem derelictis Romanorum sacris partibus accessisset Protestan-

tium a. 1697. in familiam adscitus est Illustrissimi Comitis Portlandiae, ejusque Filii, qui tum temporis Comitis Woodstockiensis titulo insigniebatur, studiis praefectus. Quum autem ob editam Ludovici XIII. Galliarum R. historiam sibi odium aulae Gallicanae contraxisset, tuta sibi omnia timenda esse ratus, relicta Belgica secesit in Angliam, ibique tum Londini, tum in agro Northamptoniensi beneficio ecclesiastico fruens vixit. Scripsit Librum à Pontificiis magni aestimatum de *vera religione*, Par. 1688. 4. *Paraphrasin Evangelii S. Matthaei*, Ib. 1689. 12. *Johannis*, ib. eod. *Epistolarum Pauli ad Romanos, ad Galatas, Epistolae S. Jacobi*. Par. 1689. 12. *Traëctatum de methodo examinandi controversias religionis dicatum magnae Britanniae Regi*. Amst. 1697. 12. Hoc libro sacrorum suorum mutationis exposuit rationes. A. 1699. publicae luci exposuit in 8. formae majoris *litteras & memorias Francisci de Vargas, & Petri de Malvenda, aliorumque Hispaniae Episcoporum concernentes Concilium TRIDENTI- NVM, ex Hispanico translatas, notisque Illustratas*. Acceperat illas ab Equite Anglo, Trumbull; cujus avus Wilhelmus Trumbull eas nactus erat circa a. 1625. Bruxellis, in qua urbe nomine Serenissimi Anglorum Regis Jacobi I. Residentis dignitatem tuebatur. Inter omnia autem ejus opuscula primas tenet *historia Ludovici XIII.* edita aliquoties

ties a. 1699. & seqq. Amstelodami, & eodem tempore Londini in Anglicanum sermonem conversa, XI. voll. in forma minori. Ob accuratam rerum tractationem, pulcherrimaq; quæ passim interspergit, bene prudenterq; regnandi ac vivendi praecepta, ea aestimatur plurimi. Omnia lingua sibi vernacula conscripsit.

LIGDUNI BATAVORUM, quas fasciculo clasfis superioris sexto annuntiavimus, *Representationis Honertianæ vindiciæ* prodire, eaque tripartitæ. Pars prima inscribitur: *T. H. VAN DEN HONERT representatio altera, qua Cl. DRIESSENIi rei gestæ narratio ad examen revocatur, vera molitionum Driessenianarum historia traditur, ac representatio prius ab ejus cavillationibus vindicatur.* Heic paginis 82. operose & prolixè momenta quædam historica discutiuntur, in quibus Cl. DRIESSENIUS malæ fidei postulatur, quo ad diversas rei gestæ, ut ab eo narrata erat, circumstantias, eo fine, ut Cl. HONERTUS se fonticas habuisse rationes, cur Cl. DRIESSENIi iteratas literas silentio transferit, æquis rerum æstimatoribus persuadeat, quibus nos quoque arbitrium rei hujus arcem causæ non ferientis facile permittimus. Pars altera binis constat literarum fasciculis. Fasciculus prior sistit epistolas mutuas inter Viros Clarissimos Fr. BURMANNUM, Ant. DRIESSENIUM & Jac. WITTICHIUM. Fasciculus posterior quatuor habet Cl. Hieron.

van ALPHEN ad Ant. DRIESSENIUM
 epistolas. Harum epistolarum collectio eo
 fine est instituta, ut a Theologis Ultrajecti-
 nis præjudicium abstergat, quod Cl. DRIES-
 SENIUS iis videbatur creasse, quando in hi-
 storia facti, quam publici juris fecerat, adse-
 ruerat, quod *lecta disputatione, examinatisque*
scrupulis, justos illos declaraverint, subique consimi-
les disputationem legentibus obortos. Verba, ex
 quibus hoc adserendi ansam DRIESSENIUS
 captavit, comparent in epistola Alpheniana
 p. 471. ubi de colloquio super hac re inter
 Theologos Ultrajectinos habito ita ad DRI-
 ESSENIUM testatus: *Fuitque conclusio sermo-*
num, quos inter nos miscuimus, quod ad causam
summam spectatam attinet, sollicitudines Tuas
ratione non destitutas deprehendamus, sed fun-
damentum habentes; eademque metuendi
rationes nobis, memoratam disputationem legen-
tibus, obortæ sint: Quod tamen cum neque ut
Facultatem Theologicam constituentes, neque a
Facultate (sc. Groningana) neque a Nobilissimis
& Amplissimis DD. Curatoribus rogati simus; cum-
que, præterea omnia secundum legem accuratissime
intraemus & prudentia, imo & caritatis Christia-
na, velimus & debeamus peragere, consultum du-
xerimus Clarissimo illi Domino (Wittichio) non-
nullos e præcipuis SCRIPULLIS proponere, addita
aperta declaratione, nos de illis rogatos esse, & has
difficultates nobis, ET A NOBIS, motas esse. Ca-
 terum ex literarum a biga Theologorum
 Ultra-

Ultrajectinorum conscriptarum tenore non obscure colligimus, Cel. BURMANNUM ad partes Honertianas accedere propius, Cel. vero ALPHENIUM iudicium de causa ipsa haecenus in medio relinquere. Hic enim, quem postremo loco nominavimus, epistolarum suarum fasciculum verbis his, quæ jure merito nostra quoque facimus, claudit: *Cardo rei nunc equidem mihi in eo versari videtur: An Cl. WITTICHIUS scrupulos sibi motos satis evidenter removerit, necne? Qua de re, uti sententiam rogatus non sum, sic eam non dico. Ego interim, tum illis, qui hac de causa certant, tum Academiis & Ecclesiis Belgicæ nostræ, imo totius Orbis, ex animo precor ΑΑΗΘΕΥΕΙΝ εν ΑΓΑΠΗΙ.*

Propius rei summam attingit tertia harum vindiciarum pars, quæ sistit: *Jac. WITTICHII alloquium ad Lectorem Philosophum, in quo nuperam ejus responsionis refutationem a Cl. DRIESSENIO adornatam rationibus cassam, convitiis plenam esse ostenditur.* Mordacissimo alloquium hoc conscriptum est stylo, qui animum plane exulceratum prodit. De injuria atrocissima sibi illata acerbæ instituuntur querelæ. Collusio cum hypothesebus Spinozæ pernegatur. DRIESSENIUS incusatus, quod partim hypotheses ex Spinoza refutandi causa citatas ipsi adscripserit WITTICHIIO, partim enormia dogmata velut consequentias sibi imputaverit, qui argumen-

Z 5

tandi

tandi modus merito ab omni ævo tanquam iniquissimus explosus est. Præcipue in eo insumitur opera, ut ipsum **CARTESIUM** a partibus **WITTICHII** stare, lectoribus persuadeatur. Denique in fine verba Theologi celebratissimi, qui nostri Philosophi patruus fuit, *Christophori WITTICHII ex Anti Spinoza* ejus describuntur, quæ Cl. Author sibi ferere putat. Summa eorum verborum huc redit, ut propositio illa Spinozæ: *Quæres nihil commune inter se habent, earum una alterius causa esse non potest*, sensu Spinozistico falsissima esse declaretur, quamvis ei dari possit aliquis sensus, qui tamen nihil ad Spinozæ scopum facturus sit. Distinguit enim acutissimus & pientissimus ille Theologus inter *attributa realia & notionalia*. Ad attributa *realia* refert, cogitationem & extensionem, ad *notionalia*, quod res dicatur substantia, & quæ sunt similia. Atque inde infert, se hoc sensu, *si res nihil commune late acceptum sive reale sive NOTIONALE habeant, earum unam alterius causam esse non posse*, illam propositionem libenter admittere. Quam vellem, unquam hac similive distinctione, sive in ipsa disputatione, quæ sub crisi est, sive in iteratis ejus defensionibus, vel ipsa hac postrema, Philosophus noster rotunde usus fuisset! Quam multos facili opera sollicitudine sua liberasset! Sed bene perspexit, talem si admitteret distinctionem, gratis a se *nodum* ex hoc

hoc axioma petiit **INSOLVIBILEM** declaratum esse.

Interea loci Dissert. Cl. Wittichii, quae tristi huic liti ansam dedit, in Linguam Belgicam translata prodiit. Quod autem illi notulae quaedam adpersae sint, quae causae Wittichianae favere minus videantur, eaque in censum referre Atheorum audeant, illustri Academiae Lugdunensis Curatores, Urbisque magistratus trecentos florenos polliciti, sunt ei, qui translationis illius auctorem indicaturus est.

GRONINGÆ causæ suæ non defuit Cl. Driessenius, sed quatuor ex ordine in publicum emisit dissertatiunculas, quarum hi sunt tituli, I. *ANI. DRIESSEN* *alloquium alterum ad lectorem orthodoxum rei gestæ narrationem vindicans adversus Repræsentationem Cl. HONERTII alteram.* II. *Ej. Responsio ad Vindicationem Gr. V.* III. *Ej. Responsio ad Jac. WITTICHII Alloquium ad Lectorem Philosophum.* IV. *Ej. Alloquium ad Ecclesiam Belgicam, in brevi sabella disputationem J. Wittichii de natura Dei exhibens, & paragraphorum singulorum mentem indicans.*

Prima dissertatio breviter intentata a Cl. **HONERTO** crimina diluit. Inter alia p. 6. se exculpat, quod ad **WITTICHIIUM** ipsum literas ab initio non dederit, quia Nobiliss. D. Curator Academiae Gröninganæ, id consultum non duxit. Addit autem: *Jam vero,*

cum rem a posteriori contemplor, admodum laetor, me literas ad illum non dedisse, siquidem homines Spinofissimi suspectos, non ex declaratione sua, quam ex suis principiis qualemcunque, scenæ fervientem, dare possunt, sed ex verbis claris judicandos esse censeo.

Cætera, ne minutiis Lectorem fatigemus, sicco pede transimus. Quod epistolarum in *Honertiana Representatione* collectionem attinet, ex perlectione *Alphenianarum* literarum & notarum iis subjectarum constare existimat, illas causam Honertianam non juvare, sed non obscure ei adversari. Addit quoque epistolam Cl. ALPHENII aliam, qua diserte declarat, se, Cl. DRIESSENIUM malæ fidei ut postularet, nunquam in animum induxisse suum. Accedunt diversa testimonia Cel. ROELLII, τὸ ἐν ἀγίοις, quibus brevi ante obitum suum, summus hic Theologiæ naturalis secundum *Cartesii* hypotheses stator atque vindex, abunde testatus est, quantopere causæ Driessenianæ faverit. *Scriptum secundum* contra juvenem, qui literis *Gr. V.* se texit, prologo aculeato munitum est, in quo Author suspicatur ipsum forte HONERTII filium heic post carecta latere. Accusatur hic *Anonymus*, quod ordinem in disputando perverterit; quod ad illam dissertationis Driessenianæ partem, qua omnimodo axiomatis illius Spinofistici: *Res que &c.* falsitatem demonstraverat, nihil reposuerit: quod præci-

præcipuas difficultates neglexerit, hinc inde tantum carpens aliqua, ad quæ breviter respondetur. Præcipue accusatio Driesseniana de lemmatibus textui disputationis Wittichianæ mala fide adjectis denuo contra *Anonymi* exceptiones urgetur. *Tertio discursu* querelæ Wittichianæ ἀτεγ προομιῶν ex ordine refelluntur, erroresque WITTICHIO adscriptos vere in dissertatione ejus extare de novo adseritur. Ostenditur quoque, gratis *Carcesium* ab eo in partes esse vocatum. Ultimum scriptum est provocatio ad Ecclesiam Reformatam Belgicam, qua ei iudicium de tota hac disceptatione defertur. Qua fini status controversiæ dilucide proponitur, & dissertationis Wittichianæ nova analysi, analysi *Anonymi Gr. V. e* diametro opposita exhibetur.

Alium quoque Antagonistam, quamvis in causa minus ponderosa nactus est Cl. DRIESSENIUS, Ministrum Jispensem, *Nicolaum HARTMANNUM*. Reciprocata his duobus jam aliquoties fuit contentio de quibusdam hypothesebus Apocalyptis, & præcipue de *sigillorum Apocalyptorum* periodis, quas Cl. Driessenius æquales statuit. Latino idiomate hic conflictus iniri cepit: *Nic. HARTMANNI* in Ecclesia Jispensi V. D. M. Epistola ad Virum Cl. *antonium DRIESSEN SS. Th. D. & Prof. &c.* in qua præcipuæ hypothesebus ἀποκαλύψεως Ejus Apocaly-

calypticæ examinantur Amst. 1718. 4. Cum Cl. DRIESSENIUS Belgice Antagonistæ suo responderit, idem eadem lingua aliud scriptum opposuit. Alterum deinde responsum DRIESSENI, & nuperrime tertia instantia HARTMANNI secuta est. Forte receptui canet DRIESSENIUS. Eo enim fervoris, jam hæc quoque disputatio progressa est, ut charitati Christianæ, cuius Theologum nunquam oblivisci fas est, plus obesse, quam veritati detegendæ prodesse queat. ROTERODAMI controversiæ Wittichianæ & Magistratum & Ministerium se immiscuisse fama fert: Illum inaugurationi Cl. WITTICHII, quamvis frustra, se opposuisse: hoc per ablegatos tres ex classe sua Pastores ad Cl. DRIESSENIUM curam ejus & justam pro salute Ecclesiæ sollicitudinem approbasse, laudasse, amplissimasque pro ea egisse gratias.

Novissime in hac causâ prodire duo alia scripta, alterum vernacule: T. H. VAN DEN HONERT *Brief aen een voornaam Heer, wegens t' dispuut de Natura Dei van den Hr. WITTICHIIUS, met een ontleding van t' selve.* 4. Alterum Latine: *Altera vindicatio nominis atque orthodoxiæ Wittichianæ a calumniis atque injuriis Driessnians, auctore Gr. V. cum prefatiuncula T. H. VAN DEN HONERT.* Sed cum horum tractatum copia nobis nondum sit facta, de eorum argumento aliquid addere integrum non

non est. Typis quoque excusa est JAC. WITTICHII *Oratio Inauguralis* Lugduni Batavorum habita de *Evidentia & Certitudine*, in quibus *Philosophia* partibus illa reperitur.

AMSTELODAMI Vir Doctissimus HERMANNUS VAN DE WALLE, Ecclesiæ in illa urbe Minister ab aliquo jam tempore in conscribenda *Gnosticorum historia* defudavit. Gaudemus merito, materiam longe vexatissimam in manus tam idoneas incidisse. Prodiit ibidem nuperrime luculentus Venerandi D' OUTREINII in Catechesin Heidelbergensem Commentarius, sub hac rubrica: *Het gouden Kleinood van de Leere der Waarheid, die naar de Godsaligheid is, vervattet in den Heidelbergischen Catechismus, nader uitgebreidt, opgeheldert en beroogt, door Job. D' OUTREIN Phil. Doct. en Predikant te Amsterdam. Amst. 1719. 4. Alphab. 4. & 7. philyræ præter præfationem & prolegomena. In præfatione inter alia calumniæ quædam absterguntur, quibus indignus Christianis, nedum Theologis, livor scripta atque merita indefessi hujus in promovendo Ecclesiæ bono Viri ambedere non dubitavit, placide eas declinat, ut non verbis tantum, sed & reapse se alienissimum ab illis, qui *conservos cadunt*, declaret. Prolegomena præter doctam dicti 1. Petr. II, 2. exegefin, historiam Catecheseos, cum primis Palatinæ, continent. Librum ipsum excerptere instituti nostri ratio non patitur.*

Dignis-

Dignissimus est, qui manibus non tantum catechumenorum, sed etiam eorum, qui secreta magis doctrinae Christianae adyta lustrare ac excutere gestiunt, volvatur atque revolvatur. Neque dubitamus fore, ut brevi in Germanicam linguam translatus, in nostris quoque oris augmentum cognitionis atque aedificationem publicam promoturus sit. Ex ejusdem Urbis Ministerio novum praeclearae diligentiae & eruditionis foetum dignissimum aliud Venerandi ejus coetus membrum publico donavit. En titulum: *Des Heeren Volk en Regterhand gesmaad, en verbeerlykt in Egypte, van den Geest Gods geboekt Exod. I--XI. Schriftmatig verklaart, en an het oogmerk en het tegenbeeld naader aangedrongen. Door Job. van SLAVEN, Bedienaar des H. Evangeliums i Amsterdam. Amst. 1718. 4. Alphab. 4. philyrae 15. praeter praefat. indices & prolegomena docta in totam Exodum. Opus hoc modestis Theologiae typicae cultoribus honori erit, cum typicae explicationes accuratae sensus literalis enodationi, uti fas est, rite superstruantur. Quare vitam viresque integras Cl. Authori ex animo vovemus, ut sequentia quoque Exodi capita, cujus rei spem nobis fecit, pari ratione illustrata perlustrandi nobis facultas detur.*

LONDINO accepimus illustrem societatem, quae propagationis sacratissimae fidei nostrae curam suscepit, imitando omnibus,

bus, neque satis laudato exemplo lacertos iterum movere & quasi reddita juventute revirescere. Publice illi denuo concessae à Rege potentissimo literæ studium illius insigniter inflammavit, feceruntque, ut aliquot mille librae Anglicanae monetae ostiatim collectae, destinatae fuerint usibus eorum, qui annuntiando Euangelio in coloniis Indiarum operam suam addixerunt. Quemadmodum etiam, non parvam argenti vim Londinenses, quod immortali eorum gloriae cedat, consecrarunt, ad consolandos eos Protestantes, qui in Hungaria & Polonia persecutionibus hostium suorum crudelium expositi sunt.

ULTRAJECTI Joh. *la* PLACETTE diem suum obiisse à nobis tomi prioris p. 581. nuntiatum fuit. Nunc de eo referre licet, eum in dias luminis auras editum esse Pontaci apud Bearnos a. d. XII. Kal. Febr. a. 1639. Ministerio sacro primum admotus fuit *Orthesia* à 1660. quo cum per integrum quadriennium functus esset ecclesiae *Najensi* apud Bearnenses suos praefectus est, neque eam deserere, licet honorificis conditionibus ad coetum Carentoniensem aliquot à Lutetia Parisiorum lapidibus vocatus, voluit. Annus demum, 1685. qui ob abolitionem edicti Nannetensis toti ecclesiae Gallicanae funestus adeo accidit, illum quoque natale solum vertere coegit. Ita autem virtutum ejus rumor

ubique percrebuerat, ut non solum mox gloriosissimae memoriae Princeps, Fredericus Wilhelmus, Elector Brandenburgicus, Regiomontanis suis eum vindicare anniteretur, sed & Charlotta Amalia, Regina Daniae, rarissimae pietatis & virtutis Domina, recens constituto Reformato Gallorum exulum in Hafnia coetui, illum praefici voluerit. Atque hoc quidem munere summa cum fide & dexteritate functus est ad annum 1711. quo Reginam ad Comitatum Oldenburgensem abeuntem comitabatur, at illa non diu adeo postea ad Danos suos, & his derelictis in patriam coelestem redeunte ad Batavos abiit, & quod supererat aevi, quietus Ultrajecti transegit, donec summo vitae necisque arbitro placeret, hoc anno ad d. VII. Kal. Majas eum octogesimum aetatis annum agentem rebus humanis eximere. Nactus est ab omnibus, qui eum propius norunt, id laudis, eum scriptis suis non solum exemplar Christiani genuini, sed & castigatissimis, & ad divini Salvatoris nostri praescriptum emendatis moribus, exhibuisse, dubiumque adeo fecisse omnibus magisne pie scripserit, an vixerit. Ecce haec praecipuorum ejus scriptorum Amstelodami maximam partem formamini editorum seriem. (1) *Traite de l'Orgueil.* a. 1692. 1699. (2) *Nouveaux essais de Morale.* Tom. I. 1692. Tom. II. 1693. altera editio, 1697. IV. Tomi tertia prodit

1716. Accessere duo alii Tomi, sub eodem titulo a. 1715. Ipso hoc anno prodire Belgice. (3) *Observat. Historico-ecclesiasticae quibus eruitur veteris ecclesiae sensus circa Pontificis Romani potestatem in definiendis fidei rebus.* 1695. (4) *La mort des justes.* 1695. Germanice, Francof. 1703. 8. & Belgice vertente Jac. Schoolhouder, 1714. (5) *Traite de la conscience,* 1695. (6) *de la restitution.* 1696. (7) *Divers traites sur de matieres de conscience,* 1696. 1698. (8) *Dissertatio de insanabili ecclesiae Romanae scepticismo,* 1697. in 4. ap. Gallet. Anglice recusa. 1698. (9) *Traite de la foi divine,* 1697. auctior tribus tomis prodiit. 1716. (10) *la communion devote.* 1699. Septima editio a. 1717. prodiit. Belgicam ejus versionem Cl. D'Outreinius dedidit impressam bis Dordraci a. 1715. & 1716. (11) *Traite de l'autorite des sens contre la Transsubstantiation.* 1700. (12) *de bonnes oeuvres en general.* 1700. (13) *Reflexions Chrestiennes sur divers sujets de morale.* In his agit de securitate, de nimio desiderio consolationum; recto usu temporis; usu denique & abusu colloquiorum familiarium. Germanice prodire Scaphusii 1711. 8. (14) *la Morale Chrestienne abregee.* 1709. Hunc libellum ipsemet reliquos omnes antecellere judicavit. (15) *Traite de l'Aumone.* Accedit demonstratio, qua probatur Therapeutas Philonis non fuisse Christianos. Germanice prodiit Francofur-

ti 1717.8. cum Henr. *Hammondi* de *Eleemosynis meditationibus*. (16) *Traite du Serment*. (17) *Dissertations sur divers sujets de Morale*. In hoc libro agit I. de amore Dei & nostri ipsius, ex occasione controversiae Archiepiscopi Cameracensis. II. de Attritione. III. de sabbatho. 1704. Contra *Baelium* prodire fecit: *Reponse à deux Objections sur l'Origine du mal & le mystere de la Trinité*. 1709. *Eclaircissement sur quelques difficultes*. *Reponse à une difficulté, qui tend à faire voir, que, si Dieu a resolu les Evenemens, on peut negliger les soins, qui paroissent le plus necessaires*. *Joncourtio*, Ministro *Hagiensi* opposuit *Tractatum de ludis fortuitis*, (des Jeux d' Hazard) *Reponse abregée aux Objections de M. Joncourt*. Contra *Cl. Naudaeum* vulgavit *Reponse abregée aux Objections de Mr. Naude*.

De *Jacobi BERNHARDI*, ecclesiae Gallicanae *Lugdunensis* Pastoris & *Philosophiae & Matheseos* in illa urbe Professoris, qui anno aetatis sexagesimo (Natus enim erat Kal. Sept. a. 1658. & denatus 4. Kal. Majus hujus anni) rebus humanis est ereptus, vita scriptisque commemorare quaedam nobis animus erat. Sed quae huc spectant, jam adducta sunt ab aliis, v. gr. celeberrimo Clerico, qui Auctor est mensium *Maji & Junii, Novellarum reip. literariae* p. 305. sqq. *L' Europe savante* m. Jul. n. 9. *Hist. Crit. de la Rep. des Lettr.* T. XV.

T. XV. p. 386. sqq. Quamobrem iis repetendis heic superfedemus.

AMSTAELODAMI quoque nova editio operis Grotiani de jure B. & P. prela exercet, cum hoc titulo, *Editio omnium, quae haecenus prodierunt emendatissima, ad fidem priorum & optimarum editionum recensuit, loca pleraque auctorum laudatorum distinctius designavit, innumeros in illis errores sustulit aut emendavit, notulas denique addidit I. B.* Hae literae indicant, celebre olim Academiae Laufannensis, nunc Groninganae lumen, Johannem Barbeyracum, de doctrina juris naturae & gentium praecclarissime meritum. Notulae illae sunt fere criticae, aut uno verbo indicantes praecipua, in quibus auctores cespitasse visi sunt, & remittentes ad notas vel Puffendorfianas, vel futurae versionis Gallicae, quam ille Vir molitur cum plenioribus notis. Contra illum editus est liber Parisiis sub hoc titulo, *Apologie des saints Peres contre Mr. Barbeyrac.* Auctorem libelli dicunt monachum Benedictinum, qui ea, quae de patribus in praefatione operis Puffendorfiani dixerat Barbeyracus, sibi refutanda esse censuit.

MARPURGI celeberrimus vir Joh. Wilh. WALDSCHMIDIVS, Juris & Philosophiae practicae Professor dissertationem sub manibus habet de *Jure Judaicorum inter Christianas Nationes*; Idem Historiam CONRADI Mar-

purgenfis, famofi illius Haereticæ pravitatis
 ut vocant, faeculo decimo tertio Inquifi-
 toris, variis illius ævi haud editis docu-
 mentis illustratam integro volumine expo-
 net. Spem quoque nobis fecit BROWERII
Antiquitates Fuldenses longe auctiores, magno-
 que diplomatum nondum editorum, quæ ei
 in manus venerunt, apparatu, illustratas a le
 editum iri. Quam quidem spem ne nos fal-
 lere permittat, sed sum indefessæ diligentia,
 raræque eruditione heic publice rogamus.

HEIDELBERGA scribitur, paene exspe-
 ctationem evanescere, de cædenda Cl. Miegii
 Harmonia Evangelica, quam super promise-
 ramus, quod cum Typographi Heidelber-
 gensi, non necessariis subsidiis a' eam rem
 instructo, tum novis Ignatianæ scilicet alitatis
 machinationibus, quibus denuo quietudo &
 pacem, qua in Palatinatu Reformati aliqua
 diu fructi sunt, quantum in se est, turbare
 annituntur, tribuendum est.

BREMÆ celeberrimi Theologi, & de
 quo non parum nobis gratulamur, popula-
 ris nostri JOH COCCII, scripta fere omnia
 propria ejus manu exarata, beneficio atque
 ex liberalitate Amplissimi, Consultissimique
 Viri, Jacobi Huneken, reipublicæ patriæ Se-
 natoris meritisimi, unici tanti Viri ex filia
 (quæ excellentissimo Viro Henrico Huneke-

no diverforum Germaniae Principum, civita-
tumque Anseaticarum res Hagae Comitum,
dum superabat, curanti nupta quondam fuit)
Nepotis, in Bibliothecam publicam illata, ac
singulari scrinio inclusa, tanquam praecla-
rum summi Viri λειψάνον, sollicite adserva-
buntur. Factum hoc sequentes nobis elegos
elicuit:

COCCEJVS, nullis nomen delebile saeculis,
Quando obit, & penna praepete linquit
humum,

Quos petiit vivus, mens occupat enthea
coelos,

LVGDVNVM cineres servat & ossa VIRI.
Famam, atque ingenii monimenta sacrata stu-
pendi

Vix capit, & totus, qua patet, orbis habet.
Patria sola dolet, Caucorum gloria, BREMA

Vix de cive sibi quid superesse suo.
Non tulit hoc patrii pars haud postrema SE-
NATVS,

Qui tanti proles unica restat AVI.
Chartasque immensi documenta laboris &
artis,

Quaeque sua fertur scripta notasse manu
Obtulit, & forulis nitido jubet esse decori,

Pulchra meae patriae Bibliotheca, tuis.
Suscipe tam carum, mea patria, suscipe mu-
nus,

Tantique exuvias tolle superba VIRI.

Et quoties aliquis, quidnam hac servetur
in arca,

Quaerit, dic; Civis sunt ea scripta MEI!

Interea, si quid mea candida vota valebunt,

O amor, o coetus (a) HOSPITIVMque
sacri!

Effer tantum alias inter celsum caput urbes,

Inter quantum alios extulit ILLE Viros.

Et, quot litterulas libris cernuntur in istis,

Tot flore saeculis innumerabilibus.

Quique dies faciet COCCENI grande perire

Nomen, is exitii causa sit ipse tui!

T. d. H.

BREMAE a. d. XIV. Kal. Junias hujus
anni rebus humanis ereptus est, Venerandus
Senex *Didericus von STADE*, tabulariorum
publicorum in Ducatibus Bremensi & Ver-
densi praefectus, Vir, ex judicio Cl. Palthenii
praefationi suae Tatiani editionis inserto,
in quo cum recondita patriarum antiquitatum &
linguarum cognitione non nostri seculi candor,
& inusitata egregii publici promovendi cupido
conspirare quam amicissime videbantur, post-
quam 7. menses supra LXXX. annos viven-
do explevisset, (anno enim Christi 1637. d.
13. Octobris Stadae, quae primaria Duca-
tus

(a) Hoc eximio titulo jam per aliquot saecula gavisus
est BREMA, & etiamnum portae, qua itur ad pon-
tem, qui Saxoniam Westphaliamque conjungit, aureis
litteris inscriptum legitur; CONSERVA DOMINE
HOSPITIVM ECCLESIAE TVAE, T. d. H.

tus Bremensis urbs est, lucem primum ad-
 spexerat) & integrum quinquennium patria
 ob tumultus bellicos extorris heic loci in
 aedibus filii, Viri maxime Reverendi Joh.
 Friderici von *Stade* (b) sacrorum in acde
 hujus urbis Cathedrali antistitis consumsisset.
 Vitam ejus, scriptaque ab eo vulgata accura-
 te, ut solet, recensuit elegantis doctrinae
 Vir, J. Henr. von *Seelen*, nunc Scholae Lube-
 census Rector meritisissimus, in *Stada* literata,
 quae a. 1711. prodiit. Quamobrem iis addu-
 cendis supersedentes eorum tantum scripto-
 rum (x) catalogum adducemus, quae non-
 dum edita a Venerando ejus Filio, quem
 laudavimus, sollicite custodiuntur. (d)

A a s

I. OT-

(b) Est ille frater natu minor Viri excellentissimi D. Dic-
 terici von STADE, qui nunc splendido munere Con-
 siliarii Regiminis in Ducatibus Bremensi & Verdensi,
 & Potentiss. Suecorum Regis ad Comitibus Imperii,
 quae Ratisbonae habentur, ablegati Extraordinarii
 fungitur.

(c) Confer, quae de his Laboribus Stadianis Vir Cl. Ca-
 rolus Fridericus PEZOLDVS Tomo V. Miscellan. Li-
 psiensium, quorum ille editione de republ. literaria
 meretur optime, adnotavit obs. 98. pag. 56. seqq.

(d) De hoc Ostrido, Weissenburgensis in Alsatia Bene-
 dictinae familiae, saeculi noni monacho exstat per-
 insignis Viri doctissimi Davidis HOFFMANNI, Gym-
 nasii Elisabethani Vratislaviensium Professoris ante
 hunc annum Helmstadii edita dissertatio. Volumen
 illud Evangeliorum, quod vetustissimum ac incom-
 parabile veteris linguae Theotiscæ monumentum
 est.

1. OTFRIDI Volumen Evangeliorum, ex codice Caesareo MSto Vindobonensi, cum emendationibus & lacunarum supplementis non Lambecii solum, sed & *Joh. Phil. Schmidii*, Argentoratensis, qui olim à consiliis Comitis Leiningo-Westerburgensis fuit, & vester mille voces ex illo Viennensi exemplari cum emendavit, tum restituit.

2. Illius Operis Otfridiani versio Latina.

3. Glossarium, sive Lexicon Otfridianum, in quo voces omnes, cum primitivas, tum derivativas, simplices & compositas cum casibus rectis & obliquis, verborumque tem-

est, semel tantum a *Matthia Flacio* Illyrico Basileae a. 1571. in 8. editum est. *Joh. quidem Schilterus*, ejus editionem non promissit solum, sed & integri operis edendi titulus hoc modo alicubi legitur. *Volumen Evangeliorum Otfridi, Mozachi Weissenburgensis, in quinque libros distinctum, ante annum Christi 876. conscriptum, nunc infinitis locis emendatius editum interpretatione latina, variis lectionibus, notisque illustratum à Joh. Schiltero.* Non tamen, quantum nobis constat, haec editio prodiit, illiusque laboribus idem accidit, quod illis, quos olim in hunc auctorem impenderat, *Beatus Rhenanus*. Operae tamen pretium faciet, si quis olim Stadenii labores editurus cum iis Schilterianis ut conferre possit, dabit operam, non minus ac emendationes variantesque lectiones, quas *Virum illustrem*, non *Daniae suae* magis, quam orbis literati decus **FREDERICVM ROSTGARDVM** ex codice Vaticano, Otfridi, qui unus cum Caesareo in orbe est, excerpisse accepimus. T. d. H.

poribus ac personis collegit, illustravit, vertit, origines indagavit, & hodiernae linguae applicuit, servato ordine Alphabetico. Est hoc opus quidem molis majoris, sed & utilitatis egregiae, quodque facile reliquorum omnium in Otfridum impensorum laborum & vel ipsius Glossarii Otfridiani Gassariani desiderium poterit extinguere, id quod nobis, qui illud manibus nostris versavimus, testari licet.

Ex illo majori Lexico minus conficere incepit glossarium, in quo voces illas omnes omissis reliquis observationibus sola addita illarum significatione Latina Germanicaque lingua exhibuit.

4. *Observationes Grammaticae Franco-Theo-
tisticae*; Has nondum in ordinem concinnum redactas poliendas limandasque tradiderat Cl. Joh. Henr. von *Seelen*, sed cum ille Stadâ Lubecam, ad capeffendum Rectoris Scholastici munus iter moliretur, auctori suo restitui curavit, ita ut illae quoque limam expectantes apud Haeredes delitescant.

5. *Explicationes vocum Germanicarum Glossarii Hrabanii Mauri*, quod inter codices Ambrosianos Bibliothecae Vindobonensis asservatur, cujusque editionem olim Lambecius L. II. c. 5. in Comm. de Bibl. Vind. promiserat quidem, at fatis impeditus exhibere non potuit. Has Stadenius Venerabili Viro, Joh. *Dieckmanno*, communicavit qui & ipse Com-
men-

mentarium, quo Voces praecipue Latino-Barbarae explicantur, diffusae lectionis, reconditaeque eruditionis testem adjecit, quem utinam, ne diutius Orbi literato invidet, eum permovere possimus.

6. Addenda ad librum, quem Germanice a. 1711. in 8. ediderat, quoque voces Germanicas, quibus B. Lutherus in versione sua usus est, obscuriores, rariusque obvias, neque facile nunc cuiquam intellectas, egregie illustraverat. Eo majus illius iteratae auctaeque editionis desiderium nos tenet, quo rarius prioris exempla in incendio Stadano maximam partem consumpta prostant.

7. Solida indagatio Germanicae vocis, UR, OR, UHR, &c. sive, Gründliche Erforschung des deutschen Vorsehungs-Wörterlein UR/DR/ UHR/ welches im Anfange vieler Wörter so wol in jetziger Deutschen/ als Alt-Fränkischen/ und anderen miternächstigen Sprachen gefunden wird. Hoc opusculum ad prelum paratum est. Habuerat quoque in animo ei adjicere *explicationes quarundam vocum obscuriorum in hymnis ecclesiasticis occurrentium*, cum fragmento veteris historiae Francicae, ut & jurisjurandi formulis, quibus Rex Ludovicus, ejusque frater Carolus Calvus, Galliarum Rex, publice apud Argentoratum cum exercitu suo usi fuere, post Nithardum, Bodinum, Fauchetum, Freherum & Lehmannum emendatius editis. Haec quoque exsche-

schedis Auctoris facile in ordinem redigi poterunt.

8. *Specimen alterum Lctionum antiquarum Francicarum ex Otfridi libris Euangeliorum.* Prius ante hoc decennium Stadae in forma quadripertita prodiit. Hoc continet Epilogum operis Otfridiani, quo ille Hartmuntum & Werinbertum, Monachos coenobii S. Galli alloquitur, & Complectitur LXXXIV. Tetrasticha. Horum versionem Latinam absolvit, Notas autem in ea tantum ad §. 15. perduxit, quae aliquot folia conficiunt.

Plurimas alias *observationes Etymologicas*, Notas in Willeramum, & Rhythmum de S. Annone, & varias vetustas Glossas reliquit.

LEMGOVIAE prodire, quod futurum augurabamur superioris tomii p. 939. *Vindiciae extortae, oppositae animadversionibus castigatis D. Job. MEIERI, Theol. D. Prof. in Academia Harderwicensi in editam dissert. de Unctione Sacra typico-umbratili, auctore Job. Conrado C. L. ASINGIO, II. plag. in 4.* In iis Vir Venerandus respondet Antagonistae suo Cl. MEIERO & partim quos illi sibi errores imputaverat, mendas esse Typographicas, partim mentem suam ab illo non satis intellectam, partim illius sententiam contrariam incertis tantum conjecturis, Judaeorumque traditionibus niti demonstrare annisus est. Sequitur illius verba *κατα ποδα*, & dissertationem, quam ille *Animadversiones* inscripserat, integram

gram Lectori legendam exhibet, & per partes examinat. Sed nostrum non est istas componere lites. Monemus tantum Cl. Auctorem, alteram, eamque auctiorem suae de Unctione sacra *diarum* editionem promittere, cui additurus sit bigam Dissert. Theologico-Philologicarum de *Angelo facierum*, & de *sponsore melioris testamenti*. Quod, ut propediem fiat feliciter, optamus.



VIII.

Brevis Historia vitae

CL. VIRI

GERHARDI CROESII.

Non ignotum est in orbe literato doctissimi Viri GERHARDI CROESII nomen, sed paucissimi omnino sunt, quibus praeter ejus nomen quidquam aliud innotuit. Ipsi, cum antecedenti fasciculo p. 107. seq. ejus ad locum 1. Cor. XI: 10. cogitationes, quas nobiscum celeberrimus D' OULTREINIUS benevole communicaverat, vulgarem, eum adhuc aethereâ aurâ vesci suspicabamur, neque enim in ullo diario literario mortem ejus annunciatam fuisse re-

cordabamur. Interea loci, cum nobis in manus inciderit breve vitae ejus curriculum, quod ipsemet sermone vernaculo literis consignarat, rem tibi haud ingrati a nobis praestitum iri auguramur, si ex illo praecipua delibantes, ea heic loci tibi exhiberemus. Nactus est patriam Amstaelodamum, ibi v. Kal. Majas A. 1642. in lucem editus, & gavisus parentibus Henrico, Hermanni F. *Croese*, & Anna *Reiniersz*. Ab his studio Theologico destinatus in ludum primo patrium mittitur, atque in disciplinam eruditissimi Viri, ejus Rectoris, Hadriani *Junsi* traditur. Classes triviales emensus per triennium integrum clarissimo in patria Professo-ri, Arnolde *Senguerdio*, operam dedit, in Hebraicis institutione celebris cujusdam Rabbini usus. Ad capiendum autem uberiorem ingenii cultum illustres Athenas Batavas adiit, Lugduniquae, in Philologicis summos Viros J. Fr. *Gronovium* & G. *Hornium*, in Theologicis autem Joh. *Coccejum*, & Joh. *Hornbeeckium* praeceptores nactus, per quatuor annos vixit, profectuumque suorum specimina compluribus habitis, quas proprio Marte conscripserat, disputationibus, egregia exhibuit. In candidatorum S. Ministerii numerum receptus cum classe navali, cui imperabat Angelus de Ruiters, magni illius herois atque archithalassi Michaelis de Ruiters filius unicus, profectus est Smyrnam,

lu.

Iustratis in transitu Anglia, Hispania, Mau-
 ritania, Italia, Sicilia, insulis Graeciae, quae
 in Archipelago sunt, Jonia, & ditionibus,
 quae Turcis parent. Memorabile est in hoc
 itinere primos eorum, quos sacro lavacro
 tinxit Smyrnae fuisse infantem Graecum, in
 Hispania autem hominem Batavum aetatis
 provectae. Ex itinere in patriam reversus
 recusata statione, quam Norvicenses in An-
 glia obtulerant, ministerio sacro functus est
 inter legiones Batavas, quarum praesidio Ype-
 rae Flandrorum tum munitae erant. Ad
 Transisalanos brevi postea profecturus, &
 forte fortuna per *Abbas*, qui Hollandiae Au-
 stralis haud procul Dordraco, pagus est, iter
 faciens, rogatusque, ut dotes suas pro con-
 cione dicendi publice exponeret, accidit prae-
 ter omnem ejus expectationem, ut, cum sta-
 tim omnium in se studia concitasset, mox il-
 lius coetus Minister diceretur, eique mune-
 ri ad d. 10. Jul. A. 1678. inauguraretur. Va-
 cavit illi strenue, donec, cum ob increbescen-
 tes corporis infirmitates, dimissionem rogaf-
 set, antequam illius fieret voti compos, Dor-
 draci, ubi domicilium fixerat, apoplexia
 tactus post decem dierum morbum ad d. 10.
 Maji A. 1710. fatis occumberet, cum A.
 LXVIII. & XIV. D. vixisset. A. 1681. d. 15.
 Jul. uxorem duxerat Amstaelodami Elisabe-
 tham de *Cerf*, ex qua VII. sustulit liberos ex
 quibus etiamnum cum filia duo filii, mer-

caturam exercentes, superstites sunt.

Edidit

1. Historiam QVAKERIANAM. Amst. 1695. 8.

2. ΟΜΗΡΟΝ ΕΒΡΑΙΟΝ, sive *historiam Hebraeorum ab Homero Hebraicis nominibus ac sententiis conscriptam in Odyssæa & Iliade; Tom. I.* Dordraci: 1704. 8. In eo operam dedit ut ostenderet, Homeri argumentum esse historiam sacram, & in Odyssæa, historiam Patriarcharum & Israelitarum usque ad Mosis mortem, in Iliade autem, ea, quæ post Mosis obitum ab Israelitis duce Josua in occupanda urbe Hierichunte, totaque Palæstina gesta sunt, contineri. Quamvis, si verum fateri liceat, id operis majori ingenii & eruditionis, quam judicii copia instructus videatur aggressus esse.

3. Concio valedictoria habita in Synodo Leerdamensi A. 1707. in Ps. CXXXII: 9.

Inedita adhuc in scriniis viduæ cum compluribus aliis delitescunt *Homeri Ebraizantis Tomus alter. Status BATAVIAE, sive relatio de origine, progressu, regimine, religione, moribus, bellis, & præcipue inundationibus, rebusque aliis commemorabilibus provinciarum inter Rhenum & Mosam, ad annum usque 1710.* Opus hoc brevi ante ejus obitum tempore ad finem perductum, atque idiomate vernaculo conscriptum, Dordraci erat imprimendum, nisi fata id impedivissent.

Est mihi quoque in manibus ejusdem E.

pistola ad Cl. V. Job. D' Outreinium, in qua explicantur inscriptiones, quae in semoribus icunculae vetustae ex bibliotheca Wittiana depromtae conspiciuntur, cujus ectypum vir ille celeberrimus inseruerat libro vernaculo, quem Obsignationes sacras vocat, in praef. p. 30. & in ipso libro p. 26. Fortassis propediem illa in hac bibliotheca locum inveniet. T. d. H.

IX.

Literae, (a) quibus Papa Romanus Archiepiscopo & clero dioeceseos Bremensis Concilii Tridentini receptionem suavit.

I.

Venerabili fratri Archiepiscopo Bremensi

PIUS P. P.

Venerabilis frater salutem, & apostolicam benedictionem: Sacri Tridentini Concilii decretis auctoritate apostolica confirmatis: cujus confirmationis nostrae literas ad omnium Christi fidelium

no-

(a) Communicavit mihi has membranae inscriptas, atque ex Archive Stadensi depromtas literas Heros toga ac sagae maxime insignis, Illustrissimus Comes **WELLING**, grande Aetioi orbis laeas, & mecum

notitiam editas divulgari & extare voluimus; oportet jam, quae tam pie, ac tam provide ad reprimendas, extirpandasque haereses, & ad tollendos abusus statuta fuerunt, ubique debita reverentia suscipi, sanctissimeque servari. Hoc enim est summum illud, extremumque remedium, quod tam diu bonorum omnium votis ad sananda gravissima ecclesiae vulnera expetitum fuit. Id autem frustra tot Patrum studio, & diligentia, tantisque, ac tam diuturnis curis, ac laboribus comparatum fuisset; nisi fideliter, sedulo, ac diligenter ab omnibus, quorum id munus, atque officium est, decreta tam sancta, atque tam utilia ad effectum adducerentur. Itaque mittendum duximus ad te, & caeteros Germaniae Praelatos exemplar authenticum ipsorum decretorum, in hac alma urbe jussu nostro impressorum una cum exemplis literarum, quas super eis edidimus; hortantes fraternitatem tuam, & sub obtestatione divini judicii monentes, ut tum divini honoris, tum animarum salutis causa pro sedis quoque Apostolicae & sacrae synodi reverentia ea & exequaris ipse, ac diligenter observes, & à suffraganeis tuis cures suscipienda, atque servanda. Sicut te pro officio, ac loco, in quo

B b 2

con-

praesidium. Fortassis illae alicui usui esse poterunt illi, qui ad consignandam historiam ecclesiasticam Archiepiscopatus BREMENSIS animum velit adjungere, quod à celeberrimo atque maximè insigni Theologo Kiloniensi. Alberto Jun Velde, ab aliquo tempore factum esse laeti accepimus. T. d. H.

constitutus es, & pro insigni tua virtute;
atque prudentia facturum esse confidimus.
Datum Romæ apud sanctum Marcum sub
annulo Piscatoris, die III. Octobr. M.D.LXIV.
Pontificatus nostri Anno Quinto.

Antonius Florebellus Lavellinus.

II.

In dorso ab aliena manu inscriptum
erat; Commendatio Papæ pro Con-
cilio Tridentino.

*Dilectis filiis Canonicis, & Capitulo Ecclesie
Bremensis.*

GREGORIUS PP. XIII.

Dilecti filii salutem & Apostolicam
Benedictionem. Mandavimus
dilecto filio Alexandro Trivio,
Canonico Bonnenfi, ut vobiscum
agat nonnullis de rebus, quas ma-
gnopere pertinere judicamus ad
Dei gloriam, catholicæque fidei, & religionis
amplificationem. Omnem igitur ei fidem
tribuetis, nostraque pia, & paterna, vobisque
utilia & salutaria monita exequemini. Pol-
licetur hoc nobis vestra prudentia & pietas.
Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub An-
nulo Piscatoris die XXII. Januar. M.D.LXXV.
Pontificatus nostri anno tertio.

Antonius Buccapadulus.

X.

Excerpta (a) quædam ex
Annotationibus in V. & N. Te.
stamentum,
NICOLAI DE LYRA,

Ordinis S. Francisci,
Norib. impensis A. 1487.

I.

Dicta Sanctorum non sunt tantæ au-
thoritatis, quin liceat sentire con-
trarium in his, quæ non sunt per S.
Scripturam determinata. Unde di-
cit Augustinus in Epistola ad Vincentium de
Scripturis Sanctorum Doctorum. Hoc ge-
nus Scripturarum a Canonicis Scripturis di-
stinguendum est: non ex eis sic Testimonia
proferuntur, ut Contrarium sentire non liceat,
In 1. Cap. Matthæi.

2. Super mobile fundamentum ædificat o-
mnis, qui intentionem suam ponit supra aliud
quam supra ipsum Deum, quia omnis creatu-
ra mutabilis est. *in 7. C. Matth.*

3. Si quærat quare Prædicatores moderni
talia signa non faciunt, respondet Gregorius,
quia cum fide Catholica sit sufficienter pro-
bata per miracula Christi & Apostolorum, non
oportet ulterius hanc probationem reiterare,
in 8. Cap. Matth.

Bb 3

4. Re-

(a) Collegit multis ab hinc annis Vir Prænobilis Mar-
cus Escherus, Domus Abbatis Eremitanl, quæ Tiguri
est exoconomus A. 1712. plusquam nonagenarius
adhuc in vivis.

4. Remissio peccatorum non datur alicui sine propria fide. *in Cap. IX. Matth.*

5. Ecclesia non consistit in hominibus ratione potestatis vel dignitatis Ecclesiasticæ vel Secularis, quia multi Principes & summi Pontifices & alii inferiores inventi sunt apostolica fide, propter quod Ecclesia consistit in illis personis, in quibus est notitia vera & confessio fidei & veritatis. *In XVI. Cap. Matth.*

6. Et supra hanc petram, quam confessus es, i. e. supra Christum ædificabo Ecclesiam meam. *ib.*

7. Veritas vitæ, justitiæ & doctrinæ non est dimittenda propter scandalum aliorum, quia tale scandalum procedit ex malitia ipsius scandalizati. Unde dicit B. Gregorius. Si de veritate scandalum oritur, rectius oriri permittitur, quam quod veritas relinquatur. *in XVIII. Cap. Matth.*

8. Post mortem non potest peccator bonum operari, nec ad salutem reverti. *In XXI. Matth.*

9. Virtute demonum possunt multa mirabilia fieri, cum permittuntur à Deo. *In 24. c. Matth.*

10. In tali statu, in quo aliquis capiatur in morte, quæ etiam nobis incerta est; ita etiam in tali statu præsentabitur in iudicio. *In 24. c. Matth.*

11. Simulata Sanctitas duplex est iniquitas. *in 21. c. Matth.*

12. Ex corruptione naturæ per peccatum primorum parentum causata est in humana natura

tura pronitas ad malum & difficultas ad bonum. *In XIII. Cap. Luc.*

13. Si aspectus serpentis ænei salvavit à corporali morte, multo fortius fides Christi crucifixi salvat à morte spirituali. *In III. C. Job.*

14. Habent Mosen & Prophetas, audiant illos: ista sufficiunt ad Salutem. *In XVI. Cap. Luc.*

15. Incarnatio Christi facta non ex humano merito, nec ex necessitate, sed gratuita dilectione ad nos. *In III. Cap. Job.*

16. Et non cognovit homo sepulchrum Mo-
fis, quod factum est à Deo, ne Judæi colerent
ipsum tanquam Deum, propter magnitudi-
nem & multitudinem signorum. *In 3. C. Deuter.*

17. In primitiva Ecclesia populus sub utra-
que specie communicabat. *in VI. Cap. Job. 9.
Cap. Proverb. cap. 1. Cor. 15. Lucæ.*

18. Quicquid ex S. Sacra manifestè conclu-
ditur, verum judicatur, quod autè ei repugnat
falsum simpliciter reputatur. *Prol. in Bibl. p. 1.*

19. Expositio mystica, discrepans à sensu li-
terali, reputanda est indecens & inepta. *ibid.*

20. Per meritum Christi habemus introi-
tum ad gloriam quam amiseramus per Adam.
In XVII. Cap. Johan.

21. Et tibi dabo claves, non solum pro te sed
etiam pro aliis: sicut enim confessio Petri erat
confessio aliorum, ita potestas hæc data Petro
intelligitur data aliis. *C. XVI. Matth.*

22. Nullus ad alium quantumcunque justum poterit
recurere pro auxilio habendo; nec aliquis quantumcun-
que justus poterit alium juvare; sed sibi soli sufficit ju-
stitia sua; *in 5. Cap. Matthæi.*

23. Illud quod fit per artificium hominis non potest esse nobilius ipso, sed est vilius ipso atque defectibilis, atque idolum est ejusmodi &c. ergo. *In 44. Cap. Esai.*

24. De vitulis aureis scribit, Dato quod verum sit, quod in vitulis adorarent Deum tanquam in imaginibus ipsum representantibus, tamen fuit ibi transgressio præcepti quod habetur Exod. 20. ubi prohibetur fieri ad hoc qualibet similitudo. *in 12. Cap. 3. Reg.*

25. Pro veritate textus habenda recurrendum est ad Græcum in N. T. *in 10. c. Joh.*

26. In primitiva Ecclesia benedictiones & cætera communia fiebant in lingua vulgari. *In 14. Cap. 1. Corinth.*

27. Articuli fidei sunt principia, ex quibus alia credenda deducuntur, tanquam Conclusiones ex eis elicite. *in 5. C. 1. Cor.*

28. Ut ne quis gloriatur de propriis meritis. *in 2. ad Eph.*

29. Una mors ejus sufficit ad ea peccata delenda. *1. Petr. 3.*

30. Ipse perficiet, ad quod vestra virtus non sufficit. *in 1. Petr. 5.*

31. Quæ est in Babylone, in Roma, quam figuraliter Babylonem vocavit. *ib.*

32. Ex quo patet, quod Abraham non fuerat justificatus ex circumcisione, sed ex fide circumcissionem præcedente. *in 15. Act.*

33. Duo ubera tua, duo Testamenta, quibus sugitur lac, quo nutriuntur filii in Christo generali, *in 7. C. Cant.*

34. Et ipsum (Christum) dedit Caput super omnem Ecclesiam militantem & triumphantem. *in 1. Cap. Ephes.*

35. Aliquando fit in Ecclesia maxima deceptio populi in miraculis factis a Sacerdotibus vel eis adherentibus propter lucrum temporale. *in 14. cap. Dan.*

36. Aliqui Theologi dicta Gentilium cum majori pondere & certiore notatione allegant in sermonibus suis & in Scholis, quam dicta Christi & Apostolorum. *in cap. 4. Luc.*

37. Cavete a fermento Phariseorum a doctrina eorum

rum perversa, qua præponebant traditiones suas divinis præceptis. *In 8. cap. Marc.*

38. Evacuati estis a Christo, qui in lege justificamini, in observantia legalium quaritis justificari, reputantes non sufficere vobis fidem Christi ad salutem, & per consequens blasphematis eum tanquam impotentem. *in 5. ad Gal.*

39. Juramentum vel votum de illicito factum non est obligatorium. *in 5. c. Matth.*

40. Super hoc (quod in altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus. Si enim levaveris cultum tuum super eo, polluetur) quod fuit in detestationem idololatriæ, ubi fiebant altaria de marmore sculpto & polito, & ne per talem sculpturam inducerentur paulatim ad sculpendum imagines. *in 20. C. Exod.*

41. Omnia a principio diligenter scribere: quod autem dicit Omnia, non est intelligendum, quod omnia acta Christi scripserit, sed accipitur hic Omnia, quia scripsit de omnibus necessariis, quorum notitia erat necessaria ad salutem. *Proem. Evang. Luc.*

42. Gratis date eo modo sicut accepistis: pro spiritalibus actibus, ut pro administratione Sacramentorum & prædicatione, & consimilibus non debet aliquid accipi quasi pretium. *in 10. C. Matth.*

43. Sicut ædificium declinans a fundamento disponitur ad ruinam, sic expositio Mystica discrepans a sensu literali, reputanda est indecens & inepta, vel saltem minus decens cæteris paribus, vel minus apta & ideo volentibus proficere in studio S. Sacræ necessarium est incipere ab intellectu sensus literalis, maxime cum ex solo sensu literali, non ex Mysticis possit argumentum fieri ad probationem vel declarationem alicujus dubii. *Proleg. in Bibl.*

44. Frequenter contingit, quod divites hujus Mundi & maxime Ecclesiæ Ministri, quibus tradita sint bona temporalia ad exponendum in piis operibus, consumunt ea in illicitis & superfluis contra voluntatem Domini tradentis talia eorum dispositioni. *in 16. c. Luc.*

45. *In Ps. 98. Adorate Scabellum ante scabellum ejus.*

46. Liber Sapientiae & Ecclesiasticus non sunt de Canone. *Prolog. lib. Sap.*

47. Libri Machabæorum non sunt de Canone. *Prolog. Mach.*

48. Liber Esdræ 2. est Apocryphus. *cap. 1. Esdr. 2.*

49. Liber Tobiae apud Hebræos non est de Canone. *Prolog.*

50. Liber Judith apud Hebræos inter Apocrypha computatur: *Proleg. Jud.*

51. Ne forte tradat te adversarius Diabolo, qui est executor divinæ justitiæ. Et in carcerem mittaris i. e. in poenam infernalem. *Matth. 5.*

52. Non exieris; nunquam exhibis, quia in inferno nunquam est possibilis reditio.

53. Una fides; quia licet sint articuli multi in fide Catholica, tamen omnes innituntur veritati divinæ, propter quam eis assentimur, quæ est una. *Ephes. 4.*

54. Subditi non tenentur Prælati obedire, in quantum deviant à Christo. *1. Cor. 11.*

55. Baptismus non habet efficaciam a Ministris, sed à Christo. *1. Cor. 1.*

56. Si quæ vera nostræ fidei accommoda Philosophi dixerunt, non solum formidanda non sunt, sed & ab eis, tanquam ab injustis Possessoribus, vindicanda. *1. Cor. 1.*

57. Sunt enim Spiritus Dæmoniorum facientes signa. Nam inter infideles permittuntur Dæmones aliquando signa facere, justo Dei judicio, licet nobis occulto *Apoc. 16.*

58. Secundum Chrysostomum, Ovile est Ecclesia, Oves sunt fideles, ostium sacra Scriptura. *Joh. 10.*

59. Mentiris Cain, major est Dei misericordia, quam omnium peccatorum miseria. *Genes. 4. ex Aug.*

60. Aliquando murmurantibus dat Deus suum desiderium, sed hoc est ad malum ipsorum. *Exod. 16.*

61. Frequenter contingit, quod ex divinis beneficiis, quæ debent esse materia diligendi Deum & obediendi, sibi homines insolescant & mandata ejus contempnant. *Deut. 8.*

62. Nulla Societas potest consistere sine iustitia, etiam illorum qui oderunt iustitiam. *Deut. 16.*
63. Deus executionem iustitiæ aliquando facit per malos homines sicut & per Daemones. *Deut. 32.*
64. Scorpio est genus flagelli durissimi, habens in fine Chordularum s. Catenarum nodulos plumbeos vel ferreos. *3. Reg. 12.*
65. Deus a deo omnipotens est & bonus, quod frequenter utitur malis voluntatibus & actibus hominum in executione Ordinationis suæ, sicut passio Christi a Deo præordinata ad salutem electorum fuit facta executive per homines malos. *3. Reg. 16.*
66. Principes possunt in necessitatibus accipere de Theauris Ecclesiæ pro conservatione Reipublicæ. *4. Reg. 18.*
67. Divitiæ, sicut sunt impedimenta reprobis, ita probis sunt adjumenta virtutis. *Job. 29.*
68. Job erat Pater Pauperum per affectum & effectum, & ne crederetur, quod faveret eis nimis in præjudicium iustitiæ, causam pauperis quam nesciebat diligentissime investigabat, ne forte motus pietatis indiscretæ consentiret ei in præjudicium iustitiæ. *Job. 29.*
69. Honores & divitiæ, quæ habent annexum timorem perdendi quasi continue, sunt magis causa tristitiæ quam delectationis. *Job. 29.*
70. Post mortem non est locus poenitentiae. *Pf. 24.*
71. Remissio culpæ non fit, nisi per gratiam. *Pf. 31.*
72. Hæc est recta gloriatio, quando conscientia non remordet de gravi peccato. *Pf. 31.*
73. Lucrum in arcadamnum in Conscientia. *Pf. 36.*
74. Sapientia quali sapida scientia. *Pf. 36.*
75. Avarus quasi avidus æris. *Pf. 100.*
76. Renovabitur ut aquilæ juvenus tua in resurrectione futura, qua resurgent in ætate virili, David autem mortuus est in ætate senili. *Pf. 102.*
77. Vitulus dicitur Sculptile & sumitur pro constabili, quia vitulus ille non fuit factus per sculpturam, sed per fusuram. *Pf. 105. In nova Versione Pf. 106. habetur simulacrum & in Tremellii Fusile.*
78. Pro

78. Probatio non fit nisi ex sensu literali, *Pf. 109.*

79. In dubiis ad misericordiae partem est declinandum, *Pf. 20.*

80. Multa senem circum veniunt incommoda, *Eccl. 12.*

81. Aliqua divinatio per garrum & motum avium est scita: videlicet in quantum se extendit cognitio naturalis, Aves enim & bruta animalia citius sentiunt immutationem aeris. *Jes. 2.*

82. Post mortem Christi fluxerunt multi anni scilicet MCCXCIII. in *Es. 11.*

83. Qui deleo iniquitates tuas propter me, ex misericordia mea & charitate, & ideo non propter tua merita, *Esai. 43.*

84. Julianus apostata a S. Mercurio lancea fuit transfixus. *Esai. 52.*

85. Conveniebant amici defuncti ad manducandum & bibendum cum filio ejus ad consolationem pro morte ejus. *Jerem. 16;* Idem adhuc hodie fit inter *Litthuanos* & venit in ipsis funeralibus convivii ad ipsam saltationem.

86. Confidere de homine, dum tamen confidentia principaliter sit in Deo, non est malum. *Jer. 17.*

87. Qui furantur verba mea a veris prophetis, considerabant non attente modum loquendi ipsorum, & illo utebantur in suis falsis prophetiis. *Jerem. 23.*

88. Non potest aliquis ad fidem Christi venire, nisi gratia Dei ipsum praeveniente. *Jerem. 31.*

89. Licet veritas contra superiores sit dicenda, tamen cum reverentia debet dici. *Dan. 4.*

90. Dicunt Hebraei, quod Nabuchodonosor ad ostentationem suae victoriae fecit adduci in convivio solenni Sedechiam catenatum & sibi fecit dari potum valde laxativum, & scedatus fuit in conspectu omnium, quod sentiens Sedechias se haberi in tanto ludibrio, mortuus fuit praedolore. *Abar. 2.*

91. Una est Ecclesia fidelium a primo Abel justo ad ultimum electum, qui in fine mundi nasciturus est, *Zach. 10;*

FINIS.